






FRED. WILLIAM HOPE.





HISTORIA PISCIUM,

SISTENS IPSORUM

ANATOMEN externam, internam, atque GENERA in Claſſes & Ordines redacta.

ACCEDUNT

Vocabularium locupletiſſimum, Indices latini ac gallici, Experimenta circa Motum natatorium & muſcularem, Reſpirationis mechaniſmum, Auditus & Generationis organa.

CUM ICONIBUS

Genera nova ac præcipuas partes Anatomicas exhibentibus.

AUCTORE

ANTONIO GOÜAN

REGIS CONSILIARIO ET MEDICO ORDINARIO, PROFESSORE REGIO IN LUDOVICÆO MONSPELIENSI, SOCIET. REGIÆ SCIENT. MONSPEL. SODALI, REGIÆ SCIENT. HUMANIORUM LITTERARUM ET INSCRIPTIONUM TOLOSANÆ CORRESPONDENTI, ACADEMIÆ BOTANICÆ FLORENTINÆ SOCIO HONORARIO.



ARGENTORATI,

Sumptibus AMANDI KÖNIG, Bibliopolæ.

MDCCLXX.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

HISTOIRE
DES
POISSONS,

CONTENANT

la Déscription ANATOMIQUE de leurs parties externes & internes, & le caractere des divers GENRES rangés par Classes & par Ordres.

AVEC

UN Vocabulaire complet, des Tables raisonnées en latin & en françois, des Expériences sur le Mouvement natatoire & musculaire, sur le Méchanisme de la Respiration, sur les Organes de l'Ouïe & de la Génération, & des Estampes qui représentent les principales parties anatomiques & quelques Genres nouveaux.

PAR

Mr ANTOINE GOÜAN,

CONSEILLER DU ROI, ET MEDECIN ORDINAIRE, PROFESSEUR ROYAL DE MEDECINE DANS L'UNIVERSITÉ DE MONTPELLIER, ASSOCIÉ DE LA SOCIÉTÉ ROYALE DES SCIENCES DE LA MÊME VILLE, CORRESPONDANT DE L'ACADÉMIE ROYALE DES SCIENCES, INSCRIPTIONS ET BELLES LETTRES DE TOULOUSE, ASSOCIÉ HONORAIRE DE LA SOCIÉTÉ BOTANIQUE DE FLORENCE.



à STRASBOURG,


Chez AMAND KÖNIG, Libraire.

M DCCLXX.

AVEC PRIVILEGE DU ROI.

Non omnia possumus omnes.

VIRGIL.



Un ſeul ne ſçauroit tout faire.

VIRGIL.



PRÆFATIO.

AD elaborandam Floram Monſpelienſem & Faunam cognominem ab amicis me excitatum fuiſſe olim monui, plurimamque laborum meorum partem per annos plures in hoc ſtudio abſumptam fuiſſe. Suſtinueram equidem anno 1754 Piſces omnes a celeberrimo hujuſce Ludovicæi Profeſſore RONDELETIO propoſitos & delineatos, rurſus examinare, varietates revocare, dubia dilucidare: dein plantas plurimas a LOBELIO traditas, RICHERO, MAGNOLIO, NISSOLIO ipſimetque SAUVAGESIO prætervisas, ſedulo colligere, inveſtigare. Nec id potueram, quin, Celeb. GEOFFROY Pariſienſis inſtar, Inſecta Occitaniæ noſtræ extricarem; tantaque fuit iſtorum ſuppellex, ut intra triennium inſectis 2000 ſuperbierit muſeum atque ducentas LINNÆO nondum cognitas ſpecies detegere mihi licuerit (*a*).

(*a*) LINNÆI *Syſt. Nat. append.* ubi plures ſub meo nomine laudantur ſpecies.



PRÉFACE.

JE me ſuis déterminé, à la ſollicitation de mes amis, à travailler depuis nombre d'années à l'Hiſtoire des Animaux & des Plantes, qui ſe trouvent aux environs de Montpellier; je commençai en 1754 par examiner les Poiſſons décrits & gravés par le célebre RONDELET Profeſſeur en Medecine dans l'Univerſité de cette ville, me propoſant principalement dans cet examen de déterminer les variétés, & d'éclaircir les doutes, que cet Auteur a laiſſés : j'entrepris en même temps une collection des plantes indiquées par LOBEL, & j'en découvris beaucoup, dont RICHER DE BELLEVAL, MAGNOL, NISSOLE, & le célebre Mr. de SAUVAGES n'avoient fait aucune mention : enfin, pour completter cet ouvrage, je joignis, à l'exemple de l'illuſtre GEOFFROY, des recherches exactes ſur les Inſectes du Languedoc; elles furent ſi heureuſes, que j'enrichis mon cabinet de 2000 inſectes, parmi leſquels il s'en eſt trouvé deux cent eſpeces inconnues juſqu'alors à l'immortel Chevalier von LINNÉ (*a*).

(*a*) Voyez *l'Appendix du Siſteme de la Nature par* LINNÉ, où pluſieurs eſpeces ſont décrites ſous mon nom.

Hiſtoriam geminæ hujuſce animalium claſſis animo revolvebam, cum Plantas horti regii & agri Monſpelienſis typis mandare coactus fui. Nunc autem ad Ichthyologiam redeo, ut iteratis amicorum ſatisfaciam petitionibus, Entomologiam traditurus, ſi per negotia liceat.

Etiamſi Piſcibus indagandis plurimum inſudaverint ſupra laudatus RONDELETIUS atque Auctores egregii haud pauci, non potuit tamen ad certum perfectionis gradum evehi piſcium hiſtoria propter fata ſcientiis familiaria. *Primo* variant & ludunt in ſpeciebus colores, ætatis, ſexus, frigoris, caloris, aut coitus cauſa, proindeque plures ſpecies ob affinitatem, aut deſcriptionem breviſſimam, ineluctabili ſorte ſæpius confunduntur. *Secundo* avium more, certis anni temporibus ſuos quoque mutant colores ſpecies eædem, & peregrinam quaſi induunt faciem, ut diverſa individua conſtituere videantur. *Porro* ſpecies plures ejuſdem aut diverſi generis, non ſecus ac in Zoologia & Botanica evenit, copula invicem junctæ (*vide pag.* 83.) proles hybridas ſæpius generant, quas tiro uti & magiſter pro genuinis generibus aut ſpeciebus habere coguntur inviti.

Quarto Obſervationum penuriæ anſam præbet ipſamet obſervandi difficultas: *Piſces enim abyſſum petunt, Inſecta ſeſe noſtris oculis curſu, volatu, ſaltu* ſubtrahunt

Je préparois l'hiſtoire de ces deux claſſes d'animaux, lorſque je fus obligé de faire imprimer l'Hiſtoire des plantes du jardin royal & de celles du territoire de Montpellier; les inſtances de mes amis m'y déterminerent; elles me font aujourd'hui revenir à l'Ichthyologie, qui ſera ſuivie d'une hiſtoire des Inſectes, ſi mes occupations me le permettent.

Malgré les recherches exactes de RONDELET & de pluſieurs auteurs diſtingués l'Hiſtoire des Poiſſons eſt encore bien éloignée de ſa perfection, elle a ſubi le ſort des autres ſciences, dont mille obſtacles ont longtemps retardé les progrès. Tantôt l'âge, le ſexe, le froid, la chaleur, le temps de l'accouplement font diſparoître les couleurs naturelles des poiſſons & leur en prêtent d'étrangeres; & par-là pluſieurs eſpeces ne peuvent être facilement diſtinguées, à cauſe de quelque reſſemblance, ou parce que les auteurs les ont décrites très-imparfaitement. Tantôt c'eſt une eſpece, qui, comme les oiſeaux, mue dans une certaine ſaiſon, change de couleur, prend une face nouvelle, & ſemble former un individu tout différent. Il arrive auſſi que des poiſſons d'un même ou de différent genre, s'accouplant (*voyez page 84*) entre eux, produiſent, comme cela arrive parmi les autres animaux & parmi les plantes, un être mitoyen tenant du pere & de la mere, que le maître comme l'écolier ſeroit tenté de prendre pour un genre nouveau ou pour une eſpece nouvelle.

Le manque d'obſervations vient auſſi de la difficulté d'obſerver: *les Poiſſons ſe précipitent au fond de l'eau, lorſqu'ils voient qu'ils ſont apperçus; les Inſectes, également attentifs à leur*

ſubtrahunt. LINN. Etenim vix obſervata fuerunt Piſcium migratoriorum ſtadia; quidam ſemel aut bis in anno occurrunt; alii rarius fiunt obvii; plures ex mari alterutro in aliud transferuntur & certis migrant anni temporibus: difficultatem augent ſumptuum copia, indeque omnia ſibi comparandi impoſſibilitas, piſcatorum quoque aviditas qui, cupidine lucri, mari piſces reddunt, qui viles ipſis videntur. Dolendum inſuper, quod tot inter Zoologiæ fautores, pauci piſcium hiſtoriam illuſtrare ſatagant, & quod ipſi, qui maris habitant tractus, oculo quaſi immoto ea intueantur, quæ difficillime coacervare & ſibi comparare valent ipſi, qui nobili ſcientiarum ſtimulo agitantur. Inde colligimus, quod plura nobis non innoteſcent, niſi maris contermini caute & avide colligant omnia, quæ etiam viliſſima piſcatoribus habentur.

Non mirum igitur, ſi tantis obruta difficultatibus hæc Zoologiæ claſſis tenebris obvoluta diu manſerit; &, etiamſi a prioribus ſeculis ipſius ſtudio varii incubuerint, ad uſque ARTEDII tempora in incunabulis vagierit. Hanc ab egregio hocce viro in ſcientia formam & normam methodi redactam, ab illuſtriſſimis Viris LINNÆO GRONOVIOque illuſtratam

conſervation, ne ſont pas moins prompts à s'échapper en ſautant, en courant, ou en volant: LINN. Ajoutez à ces difficultés, qu'il faut preſque toujours que des hazards heureux nous offrent ces *eſpeces* rares & peu multipliées, ces eſpeces paſſageres, que l'on voit à peine une fois l'an, & que les pêcheurs, moins empreſſés à étendre les connoiſſances humaines ſur les poiſſons qu'à choiſir les plus gros ou les plus délicats, rejettent dans l'eau, lorſqu'ils n'en peuvent eſpérer aucun profit; à peine connoiſſons-nous les lieux, les temps de l'émigration & de la retraite de cette multitude de poiſſons, qui chaque année enrichiſſent nos deux mers. Ne ſerions-nous pas en droit de nous plaindre, de ce que parmi tant de ſçavants il y en a ſi peu, qui ſe ſoient ſérieuſement addonnés à l'hiſtoire de ces animaux; & de ce que ceux, qui habitent les bords de la mer, ne voient que d'un œuil indifférent ce que tant d'autres ſeroient avides de ramaſſer & obſerveroient avec le plus grand ſoin. Quelle obligation n'auroit-on pas à l'habitant des bords de la mer, qui raſſembleroit ſoigneuſement tout ce qui ſe préſente, & qui pourroit engager l'âme intéreſſée des pêcheurs à ne rien *rejetter* ſans qu'il l'eût auparavant examiné !

Tels ſont les obſtacles, qui ont retardé juſqu'au temps d'ARTEDI, les progrès de cette partie de la Zoologie, malgré les travaux des auteurs qui l'ont précédé. C'eſt lui qui le premier l'a réduite en ſcience par une methode ſimple & ingénieuſe; c'eſt à l'illuſtre Chevalier LINNÉ & au célebre GRONOV que nous ſommes redevables de ſa perfection. Il faut pourtant rendre hommage à ceux, qui avoient déjà décrit

accepimus. Minime tamen ſpernendus eſt ipſorum labor, qui plurimis retro a ſeculis ſpecialem plagæ cujuſpiam animalium hiſtoriam exhibuerunt. Enim vero, niſi Euxini Ponti piſces OVIDIUS vidiſſet, Adriaticos OPPIANUS, Lacus Podamici MANGOLTUS, Lacus Larii Benedictus JOVIUS, Moſellæ FIGULUS, Sileſiæ SCHWENKFELD, Braſilienſes MARCGRAVIUS & PISO, Thyrreni maris Paulus JOVIUS atque SALVIANUS; niſi Maſſilienſes GILLIUS deſcripſiſſet, Mediterraneos RONDELETIUS una cum Guillelmo PELISSERIO Epiſcopo Montiſpeſſulano, Hamburgenſes SCHÖNEVELDE, Danubianos MARSILIUS Comes, ut alios taceam: certe RAJUS, ALDROVANDUS, JONSTONUS, CHARLETTONUS, GESNERUS, RUYSCHIUS, &c. generalem piſcium hiſtoriam nobis non tradidiſſent; & mihi maris accolæ, neque ſumptubus neque laboribus exterrito, varia obſervandi non facta fuiſſet copia, niſi opem tuliſſent amicorum conſilia & ſcripta. Quantas debeam grates viris omnibus in Hiſtoria naturali aut Medicina commendatiſſimis mihique amiciſſimis palam profiteor; ipſi enim aut generum deſcriptiones (*a*) ſibi proprias communicarunt, aut mihi raros, quibus ſua ſuperbiunt muſea, piſces (*b*) generoſiſſime obtulerunt, dederunt:

les poiſſons des différens pays. Sans OVIDE peut-être ne connoîtrions-nous pas encore ceux du Pont-Euxin, ſans OPPIAN ceux de la mer Adriatique, ſans MANGOLT ceux du Lac de Conſtance, ſans Benoit JOVE ceux du Lac Côme; (*) FIGULUS a décrit ceux de la Moſelle, SCHWENKFELD ceux de Siléſie, MARCGRAF & PISON ceux du Bréſil, Paul JOVE & SALVIAN ceux de la mer Thyrrene; il eſt certain que ni RAY, ni ALDROVANDE, ni JONSTON, ni CHARLETTON, ni GESNER, ni RUYSCH &c. n'auroient jamais donné une hiſtoire générale des Poiſſons ſans les ſecours que leur ont fourni les ouvrages de GILLE, qui parle de la mer de Marſeille, ſans ceux de RONDELET & de Guillaume PELLISSIER Evêque de Montpellier, qui avoient travaillé enſemble à l'hiſtoire des poiſſons de la Méditerranée, ſans ceux de SCHÖNEVELDE ſur les poiſſons de Hambourg, & ſans le traité du Comte de MARSIGLI ſur ceux du Danube. J'aurois moi-même, quoique voiſin de la mer, fort mal ou fort peu obſervé cette partie ſans les ſecours & les conſeils généreux de mes amis. Que ne dois-je pas à ceux (*a*) qui ont bien voulu me communiquer des genres qui leur étoient propres, à ceux qui (*b*) m'ont donné généreuſement tant d'eſpeces rares, dont ils avoient enrichi leur

(*) Un Auteur appellé par Artedi FIGULUS.

(*a*) Le Chevalier LINNÉ, Mr. BERGIUS Profeſſeur de Botanique à Stockholm.

(*b*) Mrs. LEGOUX DE JERLAN à Dijon, HUART Directeur des Fermes du Roi à Montpellier, VAUGELAS Major de la ville & forts à Cete, LATOUR-DAIGUES Conſeiller au Parlement de Provence à Aix.

minus silebo, quantum auxilio fuerint viri nostrates (c) in Medicina aut re litteraria percelebres, qui in tentandis iterandisque experimentis, perficiendis dissectionibus, sæpius juvarunt & meos sublevare labores non dedignati sunt. Superest ut publice doleam, quod viros in scientiis notissimos, neque sine encomio nominandos (d) invisere nondum potuerim. O utinam tantorum virorum consilia ex proprio ipsorum ore colligere licuisset, quorum doctrina multigena & in dubiis explicandis amœnitas plurimum certe juvasset!

Hanc ergo, Lector Benevole, in tui non in magistrorum gratiam conditam & susceptam offero tibi Ichthyologiam, quam ab annis plurimis inchoatam, variis negotiis, curis, botanicisque itineribus retardatam elaborare nondum potueram. *Prima pars* sistit Anatomen externam Piscium, atque ibi terminologiam locupletissimam ab ARTEDIO, LINNÆO, GRONOVIO inchoatam expono. Leges in *secunda parte* Anatomen internam sedulo investigatam, iconibus illustratam, variisque cum de mechanismo respirationis in Boyliana machina, tunc de motu musculari ac natatorio repetitis tentaminibus auctam. Dum enim organorum structuram, variasque ab ARTEDIO, VALENTINO, atque DU-

(c) Mrs. LE ROY, RENÉ, BROUSSONNET Professeurs en Medecine, TANDON FITSMAURICE, CUSSON, LAFOSSE Medecins à Montpellier; ROUSSEL fils à Paris, SEGUIER à Nimes, HALLER à Berne.

cabinet, à ceux qui (*c*) ont répété avec moi les expériences, les diſſections & les injections. Puiſſe l'hommage, que je leur rends publiquement, être une preuve de ma vive reconnoiſſance. Quelle perfection n'aurois-je pas pu donner à cet ouvrage, ſi un éloignement forcé ne m'eût privé d'entendre ces oracles (*d*) de l'hiſtoire naturelle !

C'eſt pour vous uniquement, mes chers Éleves, & non pour les maîtres de l'art que j'entrepris autrefois cet ouvrage; je vous l'offre aujourd'hui; ſans mes occupations multipliées, ſans mes différentes courſes botaniques il auroit été plutôt fini. La *premiere partie* comprend l'Anatomie extérieure des Poiſſons, & la Synonymie ou Vocabulaire le plus étendu des mots, dont ſe ſont ſervis ARTEDI, LINNÉ, GRONOV. La *ſeconde* renferme l'Anatomie intérieure, dont quelques eſtampes faciliteront l'entiere connoiſſance. J'y ai joint pluſieurs expériences tant ſur le mouvement muſculaire & natatoire que ſur le méchaniſme de la reſpiration : ces dernieres ont été faites avec la machine pneumatique. Ayant examiné ce que dit Mr. DUVERNEY ſur la ſtructure des ouies & du cœur, & ce qu'en dit ARTEDI, j'ai vu avec plaiſir, qu'ARTEDI, ayant adopté le

(*d*) DE BUFFON, JUSSIEU, LEMONIER, D'AUBENTON, GEOFFROY, BRISSON, ADANSON.

VERNEYO habitas diſſectiones ſcrutatus ſum, vidi quod, quæcunque ab ARTEDIO circa cordis & branchiarum ſtructuram dicta fuere, ex diſſertatione, quam *Actis Acad. Reg. Pariſ.* inſeruit DUVERNEYUS, prorſus fuere mutuata. *Tertiam* hujuſce operis partem condunt *Claſſes* atque *Genera*: *Claſſes* juxta methodum Artedianam, reformatam, auctam digeſtæ ſunt, ſepoſitis piſcibus Chondropterygiis atque Plagiuris. Auxi claſſem quamlibet *Ordinibus* quatuor ex novo LINNÆI Syſtemate depromtis, (*a*) ut Genera ægre minus detegerentur: *Genera* vero omnia, ad formam *Generum botanicorum* Cl. LINNÆI conſtructa, propriis atque naturalibus caracteribus adornavi, nova tria, iconibus expreſſa, addidi. Ducta a latino nomine analogia, nomen gallicum appoſui generibus omnibus, quibus tale defuit. *Vernacula* autem neglexi, poteque non ad *Genera* ſed ad *Species piſcium* pertinent. Neque etiam *exotica* ab *indigenis* ſigno quopiam diſtincta volui, quod *exotica* plura, dum migrant, a tironibus atque imperitis, pro *indigenis* haberi potuiſſent; aut quod plura genera *exoticas* ſimulque *indigenas* ſpecies obtinent. In limine claſſium, notas Generum eſſentiales & compendiarias ſcripſi, ut brevi examine eruerentur genera, atque uno intuitu ab aliis dignoſcerentur; claſſem vero terminavi quamlibet *tabula affinitatum*, in qua

sentiment de notre Academicien, n'a cru pouvoir mieux faire que de traduire en latin son Memoire & de l'insérer en entier dans ses propres Oeuvres. Enfin j'ai suivi dans la *troisieme partie*, pour *les Classes* & les *Genres* la methode d'ARTEDI, après l'avoir corrigée. J'ai augmenté ses *Classes* de quatre *Ordres* tirés du nouveau Sisteme de la Nature de LINNÉ (*a*) : j'ai suivi pour la déscription des *Genres*, le même plan, qu'il a donné dans son ouvrage intitulé *Genres des Plantes*, avec des caracteres propres & naturels, que j'y ai joint. On trouvera ici la figure de quelques genres nouveaux, qui me sont propres. A chaque genre qui n'a pas eu de nom françois j'en ai donné un analogue au nom latin & traduit littéralement, autant qu'il a été possible de le faire. Il a fallu abandonner les noms *triviaux*, qui désignent les *Especes* & non les *Genres*. J'aurois pu par des signes, ou marques particulieres, distinguer les poissons de nos mers d'avec les étrangers, ç'auroit été peut-être entrainer vers l'erreur ceux qui ne sont pas assez versés dans cette connoissance, soit parceque plusieurs especes de passage pouvoient être prises pour *indigenes*, soit parceque dans un même genre l'on voit des especes du pays & des especes étrangeres. Il falloit donc tracer aux commençants une route nouvelle & plus aisée; pour cet effet ils trouveront à la tête de chaque classe des notes abrégées & cependant essentielles sur chaque genre, afin qu'ils puissent aisément les reconnoître & les distinguer au premier coup d'œuil ; & à la fin

(*a*) Methodus, qua adornare velis Artedianum opus, maxime placet; dum librum ederem, hoc idem efficere in animo habueram. LINN. *Epist.* 1760. Mart. 4.

in qua diſcrimina aut convenientias ipſorummet generum proſecutus fui.

Probe gnarus, quantum lucis & certitudinis afferant icones, operam hancce exornavi tabulis quatuor propria manu exaratis, quarum aliæ internas externaſque partes anatomicas ſeorſim exhibent, aliæ nova mihique propria genera ſiſtunt. Hinc ipſis tabulis adjutus tiro epitheta omnia variaſque diſſertationes anatomicas facilius interpretabitur.

Potuiſſem, ab Artediano & Linnæano Syſtemate deflectens, novum aliud condere, mutuando claſſium caracteres a branchialis aperturæ numero & defectu, idque modo ſequenti: *Abranchios* dixiſſem ipſos piſces, qui ab ARTEDIO, LINNÆO, *Plagiuri*: *Gymnobranchios* vocaſſem *Chondropterygios* eorundem auctorum: cujus claſſis tot ordines fuiſſent, *gymno-mono-branchii*, *gymno-tetra-branchii*, *gymno-poly-branchii* &c. nota ſcilicet deſumpta ex ſpiraculorum ſeu branchialis aperturæ numero. Piſces tandem proprie dicti, ultimam componentes claſſem ſub nomine *Angiobranchiorum*, propter operculum & membranam branchialem, diſcerpſiſſem in *Angiobranchios completos*, & in *incompletos*, quem ultimum ordinem tenebant plurimi branchioſtegi. (*a*)

(*a*) Syſtema huic quodammodo ſimile tentaverat ingenioſiſſimus COMMERSON, cum in botanica, tum in hiſtoria naturali verſatiſſimus, qui a *branchiarum* ipſarummet numero, defectu, earumque cardinibus pectinibuſve, totam piſcium

de chaque claſſe une *Table d'Affinités* & de caracteres diſtinctifs, qui leur en faciliteront les moyens.

Convaincu par ma propre expérience, combien les gravures ſont utiles, & ne m'en rapportant qu'à moi-même pour leur exactitude & leur préciſion, j'en ai deſſiné quatre, qui repréſentent les parties anatomiques internes & externes les plus eſſentielles, & les nouveaux genres que j'ai découverts.

Rien n'étoit plus facile que de former un nouveau ſiſteme, différent de ceux d'ARTEDI & de LINNÉ, en prenant pour attribut des *Claſſes* le nombre ou le manque des Ouvertures des ouies, & cela de la maniere ſuivante. Les poiſſons *plagiures* d'ARTEDI & de LINNÉ auroient formé la premiere claſſe, ſous le nom d'*Abranchiens* ou poiſſons ſans Ouverture des ouies: j'aurois appellé *Gymnobranchiens* ou poiſſons à ouies découvertes ceux, qu'ARTEDI & LINNÉ ont appellés *Condropterygiens*: & le différent nombre de ces ouvertures auroient fourni autant d'*ordres* depuis un juſqu'à pluſieurs: les poiſſons proprement dits auroient fourni la derniere claſſe ſous le nom d'*Angiobranchiens* ou poiſſons à ouies couvertes, à raiſon de l'opercule & de la membrane branchiale, laquelle claſſe auroit été diviſée en deux ordres, ſçavoir *les poiſſons à ouies complettes*, & *les poiſſons à ouies incomplettes*, ou *branchioſteges* d'ARTEDI. (*a*) Mais je fus dé-

(*a*) Mr. COMMERSON Medecin, connu par ſes talens dans l'Hiſtoire naturelle, avoit imaginé, qu'on pourroit tirer avantage pour un ſiſteme, du nombre & du manque des *branchies* elles-mêmes, & des cardes, dont elles ſont bordées,

Sed hæc dum animo revolvebam, innotuerunt mihi per repetitas injectiones & diffectiones organa genitalia bina in piscibus chondropterygiis, & plura quæ amphibiis istisque piscibus communia sunt; obvia etiam fuere Celeb. GEOFFROY tentamina, atque Dissertatio ejus insignis (*b*), in qua structuram aurium enucleat, & *chondropterygios* amphibiis associandos esse censet: quam Celeb. viri sententiam probarunt & adoptarunt LINNÆUS, BRISSONIUSque. Inde egomet tantorum virorum sententiis obtemperans, propriis insuper suffultus observationibus, expurgata piscium familia, malui castigatam ARTEDII methodum auctamque proponere, qua nec tutiorem nec faciliorem nunc novi. Librum huncce latine primum scripsi in exterorum gratiam, dein gallice verti, ut usui plurium fieret aptior.

Hos igitur, Lector benevole, annorum plurium labores æqua lance, æquo judicio habeas, bonoque animo excipias. Sequentur *Specierum* synonyma, historia, varietates, & anatomiæ speciales. *Dabam Monspelii die* 1. *Mensis Augusti* 1769.

familiam in *abranchios*, *mono-poly-branchios*, simplices aut compositos, dividi posse excogitaverat.

(*b*) GEOFFROY filius, *Acta Exter. Tom. II. pag.* 164.

tourné de mon projet, lorſque je vis après pluſieurs injections & diſſections, que quelques-uns de ces animaux avoient des organes de la génération par paires & pluſieurs organes, qui leur ſont pareillement communs avec les animaux amphibies. Je lus enſuite le *Mémoire de Mr.* GEOFFROY (*b*) *ſur la ſtructure de l'oreille de quelques animaux aquatiques*, dans lequel il inſinue, qu'on feroit bien d'aſſocier cette claſſe d'animaux à celle des amphibies; ſentiment, qu'ont adopté les célebres LINNÉ & BRISSON. Fondé ſur mes propres découvertes & autoriſé par les perſonnes illuſtres déjà nommées, je me ſuis déterminé à ſuivre la methode d'ARTEDI que je crois la plus facile & la plus ſûre, après l'avoir corrigée & augmentée & en avoir ſéparé les deux claſſes d'animaux, qui appartiennent aux quadrupedes & aux amphibies. J'avois d'abord compoſé cet ouvrage en latin en faveur des étrangers, mais je l'ai enſuite traduit en françois pour le rendre d'une utilité plus générale.

Recevez donc favorablement, Ami Lecteur, ces premiers fruits de mes travaux & de mes veilles; en attendant que mes occupations me permettent de vous offrir l'hiſtoire des *Eſpeces*, leurs ſynonymies, leurs variétés, & leurs anatomies particulieres. *A Montpellier le 1er Aouſt 1769.*

& qu'on pourroit diviſer les poiſſons en pluſieurs claſſes, ſçavoir les poiſſons à une ſeule branchie, à deux, trois, à pluſieurs &c. ſimples ou compoſées.

(*b*) GEOFFROY fils: *Mémoires préſentés à l'Académie royale par pluſieurs Sçavants étrangers.* Tom. II. pag. 164.

EXTRAIT DES REGISTRES

DE LA

SOCIÉTÉ ROYALE DES SCIENCES DE MONTPELLIER.

Du 24. Aouſt 1769.

L'Ichthyologie eſt une des branches de l'hiſtoire naturelle, qui a été juſqu'ici la moins bien traitée, & en général il s'en faut de beaucoup que l'hiſtoire phyſique de la mer nous ſoit auſſi bien connue que celle de la terre. Quoique pluſieurs auteurs aient écrit ſur les poiſſons, il en eſt peu qui l'aient fait d'une maniere méthodique, & moins encore qui ſe ſoient occupés de la partie élémentaire de l'Ichthyologie. Le ſeul ARTEDI compoſa une philoſophie ou une clef, qui ſervit d'élément & de guide pour l'étude de cette ſcience, mais une mort prématurée l'empêcha de perfectionner cette partie, dont il étoit l'inventeur. Nous croyons que l'ouvrage de Mr. GOÜAN ſuppléera en pluſieurs points à ce qu'on peut déſirer dans celui du Naturaliſte Suédois. Mr. GOÜAN aſſigne les limites des poiſſons par la définition, qu'il en donne; on leur avoit aſſocié pluſieurs habitans des eaux qui ne doivent pas être pris pour de vrais poiſſons, il les ſépare auſſi de certains amphibies, avec leſquels ils ont quelque analogie, qui peut les faire confondre. Mr. GOÜAN ſuit en cela le dernier ſiſteme de Mr. LINNÆUS, mais il s'en écarte pour l'arrangement des Claſſes. On trouvera dans l'ouvrage que nous avons examiné, une expoſition très-exacte des parties extérieures des poiſſons; les exemples, que l'auteur a pris ſoin de rapporter toujours en parlant de ces différentes parties, de leur ſtructure, de leur ſituation, de leur configuration, de leur nombre, & de leur proportion, rendent ſes caracteres génériques plus intelligibles, & les déſcriptions, qu'on pourra faire des eſpeces, plus ſen-

sibles & plus aisées. L'anatomie des parties intérieures telle qu'il l'a observée dans quelques especes de poissons présente des faits assez curieux. Pour ce qui est du sisteme, Mr. GOÜAN a sçu combiner avec art ceux de LINNE' & d'ARTEDI, & en former un qui lui est propre & très-simple. La construction des 59 genres, qui suivent, nous a paru très-bien faite, & très-propre à déterminer, à quels d'entre eux appartiennent les especes des poissons connus & gravés chez les auteurs. Mr. GOÜAN a même enrichi cette partie de quelques genres nouveaux, qu'il a établis.

Les amateurs & ceux qui sont moins initiés dans les connoissances naturelles trouveront dans la traduction françoise, qui est à côté, des explications & quelques détails, qui les mettront plus à portée de saisir le vrai caractere des genres, ce qui peut aussi leur servir à déterminer plus facilement les différentes especes de poissons, que Mr. GOÜAN reserve pour un autre ouvrage.

CUSSON, LAMORIER, AMOREUX fils.

Je soussigné certifie le présent rapport conforme à son original & aux Registres de la Société Royale des Sciences. A Montpellier ce 24. Aoust 1769.

DE RATTE.
Sécrétaire perpétuel de la Société Royale des Sciences.

EXPLICATIO TABULARUM.

TABULA I.

Fig. 1.	AA. *Officula palati.* vide pag.	*61*
	BB. *Branchiæ.*	*86*
Fig. 2.	*Aculei pinnarum.*	*46*
Fig. 3.	*Radii pinnarum.*	*46*
Fig. 4.	*LEPIDOPUS* (Genus novum)	*107. 185. 186*
	AA. *Squamæ duæ loco pinnarum ventralium.*	*52*
	B. *Altera squama sub-cordata, pro pinna ani.*	
	C. *Opercula branchialia.*	*28*
	D. *Nares.*	*24*
	E. *Pinna pectoralis sinistra.*	*51*
	F. *Pinna dorsi, longitudinalis.*	*47*
Fig. 5.	*TRIGLA.*	*147*
	A. *Membrana branchiostega.*	*31*
	B. *Digiti.*	*45*
	C. *Linea lateralis.*	*39*
	DD. *Pinnæ dorsi.*	*47*
	E. *Pinna ani.*	*55*
	F. *Pinna caudæ.*	*56*
Fig. 6.	*LEPADOGASTER* (Genus novum.)	*106. 177. 178*
	AA. *Pinnæ ventrales.*	*52*
	B. *Pinna pectoralis sinistra.*	*51*
	C. *Pinna dorsi.*	*47*
	D. *Pinna ani.*	*55*
	E. *Litura nigra inter oculos.*	
	F. G. *Lituræ aliæ majores.*	

H. *Puncta*

PLICATION DES ESTAMPES.

PLANCHE I.

Fig. 6. H. *Puncta cæteris minora, coacervata.*

I. *Pinnulæ narium posteriorum.*

Fig. 7. Idem Piscis *a parte infera.*

AA. *Pinnæ ventrales.*

BB. *Pinnæ pectorales majores.*

CC. *Pinnæ pectorales minores.*

D. *Cartilago pinnas ventrales uniens.*

E. *Scutella inter pinnas pectorales sita.* 45

TABULA II.

Fig. 1. Sceleton Piscis integrum.

A. *Os cranii.*	60
B. C. *Ossa maxillaria.*	60
D. *Os hyoidæum.*	61
EE. *Vertebræ abdominis.*	62. 65
F. *Sternum.*	64
GG. *Vertebræ caudales.*	66
HHH. *Costæ.*	65
III. *Ossa interspinosa pinnæ dorsalis.*	68
KKK. *Ossa interspinosa pinnæ analis.*	68
L. *Vertebra ultima cui annectitur pinna caudalis.*	67
M. *Ossa pelvis.*	66
N. *Claviculæ.*	64
O. *Scapulæ.*	64
P. *Operculum branchiale.*	28
QQQQ. *Pinnæ dorsalis ossicula.*	
RRR. *Ossicula pinnæ ani.*	

Fig. 2. Vertebra colli & thoracis. 65

PLANCHE II.

TABULA III.

Fig. 2. *A.* Son apophyse supérieure avec son canal. 65
BB. Ses deux apophyses inférieures. *ibid.*

Fig. 3. *Une vertebre du bas ventre.*
A. BB. Ses deux apophyses inférieures, auxquelles sont attachées les Côtes *CC.* 65
D. L'apophyse supérieure avec son Canal *E.*

Fig. 4. *A.* La derniere vertebre du bas ventre. 65
B. L'arcade osseuse (ou les deux apophyses inférieures collées ensemble.) 65
C. L'Apophyse supérieure.

Fig. 5. La derniere vertebre, à laquelle est attachée la nageoire de la queue. 67

Fig. 6. *A.* Les clavicules. *B.* Les omoplates. *C.* La nageoire pectorale. 64

Fig. 7. *A.* Les os du bassin. 66
BB. Les deux nageoires du ventre.

PLANCHE III.

Fig. 1. *Le Poisson écaillé & écorché.*
A. Le grand muscle latéral. 70
B. Sa portion moyenne. *ibid.*
CC. Ses extrémités. *ibid.*
D. E. F. G. HH. Les muscles de la nageoire de la queue. 72
I. K. L. Ceux de la carêne du dos, de la queue, & de l'anus. 75

Fig. 2. *L'Omoplate* vu par devant (ou dessus.) 73
A. Le muscle érecteur supérieur. *ibid.*
B. - - - - - l'inférieur. *ibid.*

Fig. 3. *L'Omoplate* vu par dessous.
A. Le muscle abbaisseur supérieur. 73
B. - - - - l'inférieur. *ibid.*

TABULA IV.

PLANCHE IV.

Fig. 5.

FF. Les mêmes paquets graisseux. 84

GG. Les mêmes veines. 85

Fig. 3. Les organes du mâle, vus par derriere.

A. La vessie urinaire, coupée en long, par le milieu. 85

BB. Les organes du mâle.

CC. Les deux conduits, par lesquels les organes du mâle communiquent avec la vessie urinaire. 85

D. Le trou de la vessie urinaire, ou uretre, commun à la vessie & aux organes de la génération. 85

EE. Les deux reins. 83

FF. Les deux corps graisseux *postérieurs.* 84

GG. Les mêmes veines. 85

Fig. 4. Le cœur & ses vaisseaux.

A. Le cœur. 90

B. Son oreillette. *ibid.*

C. La base de l'artere aorte. 91

D. Le tronc supérieur de l'aorte. *ibid.*

F. G. H. I. Les arteres, qui vont aux branchies. 91

KK. L'extrémité supérieure des veines représentées dans la Planche IV. *Fig. 1. I. Fig. 2, 3. GG.* 91

L. Le sinus veineux. 91. 92

M. La veine cave inférieure. 91

Fig. 5. Aorta inferior cum ramis præcipuis.

AAA. *Aortæ truncus.* 92

BB. *Rami in aortam hiantes, enati ex unione arteriarum.* C. D. 92

C. D. E. F. *Arteriæ ex branchiis exeuntes, per paria coalitæ.* 92

G. *Pars supera, juxta basim cranii, aortæ descendentis.* 92

H. *Artéria hepatica.* ibid.

I. *Arteria lienalis, seu splenica.* ibid.

KKKK. *Arteriæ minores ad viscera reliqua & vertebras tendentes.* ibid.



Fig. 5. *L'aorte descendante, ou inférieure, avec ses principaux rameaux.*



PHILOSOPHIA

PHILOSOPHIA

ICHTHYOLOGICA

ET

GENERA PISCIUM.

PHILOSOPHIA
ICHTHYOLOGICA.

ICHTHYOLOGIA est ea Historiæ naturalis pars, quæ de Piscibus agit. Bifariam dividitur, in elementarem scilicet & historicam. *Pars elementaris*, quæ etiam Philosophia Ichthyologica dicitur, Anatomiam generalem partium intus & extus in Piscibus observandarum exponit, varia Auctorum systemata sive divisiones methodicas tradit, & nomina technica sibi propria enumerat, explicat. *Pars historica*, mox tradenda, specierum, varietatum, & individuorum enumerationem, synonyma, descriptionem, & singularem Anatomiam sibi vindicat.

Pisces sunt animalia surda mutaque, squamis (XXIV) tecta, quæ ab aliis animalibus, in aqua viventibus, probe separat Anatomia exterior interiorque. Habent cor uniloculare, uniauritum sanguinem rubrum sed frigidum: in aqua solum vivunt: respirant branchiis (XV): moventur, vel tantum ope pinnarum radiis osseis instructarum (§. III.), vel flexuoso corporis impulsu, vel utra-

PHILOSOPHIE ICHTHYOLOGIQUE.

L'ICHTHYOLOGIE eſt cette partie de l'Hiſtoire naturelle, qui traite des Poiſſons. Elle ſe diviſe en deux parties ou Traités particuliers, ſçavoir la partie élémentaire, & la Partie hiſtorique. *La partie élémentaire*, qu'on appelle Philoſophie Ichthyologique, eſt celle, qui explique les principes de cette ſcience; donne le détail anatomique des parties extérieures & intérieures des animaux qui en ſont l'objet, développe les différens ſyſtemes des Auteurs qui en ont traité, & renferme la nomenclature qui lui eſt propre. *La partie hiſtorique* eſt celle, qui comprend 1o. les différentes eſpeces de poiſſons; 2o. les ſynonymes & epithêtes, qu'ils ont reçu des différents Auteurs; 3o. l'hiſtoire de chaque individu, & ſon anatomie particuliere. Il ne s'agit ici que de la partie élémentaire, ou Philoſophie Ichthyologique.

Les Poiſſons ſont des animaux couverts d'écailles (XXIV), qui n'ont ni l'organe de l'ouie, ni celui de la voix: l'Anatomie tant extérieure qu'intérieure préſente entre eux & les autres animaux vivans dans l'eau des différences très-ſenſibles. Le cœur n'a qu'une ſeule cavité, c'eſt-à dire n'a pas de cloiſon, qui le ſépare en deux par le milieu; il n'a qu'une ſeule oreillette. Leur ſang eſt rouge mais froid; ils ne peuvent vivre que dans l'eau: ils y reſpirent par les ouïes (XV): ils s'y meuvent, ou ſeulement à l'aide des nageoires compoſées de rayons ou d'oſſelets enveloppés d'une membrane qui les unit (§. III.), (dont les unes leur ſervent de rames, les autres de gouvernail), ou par un mouvement tortueux de tout leur corps; ou enfin des deux façons. Si on les retire de l'eau, ils périſſent

que ratione. Emerſi pereunt quaſi convulſi, branchiis (XV) motu celerrimo exagitatis.

Ipſorum coitus incertus; & mares penem habere nondum compertum eſt. Feminæ oviparæ: *ova* innumera, concatenata, pellicula ſive tenui membrana obveſtiuntur. Uterque ſexus gaudet ſequentibus, nimirum *cerebro*, *medulla ſpinali*, *diaphragmate*, *hepate*, *veſica fellea*, *liene*, *pancreate*, *veſica urinaria*, *renibus*, *inteſtino cæco*. Pleriſque *veſica aërea* ſeu natatoria ad ſervandum æquilibrium. Deſtituuntur omnes *auribus*, *auriculis*, *palpebriſque*, niſi pro ipſis habeas membranam nictitantem, de qua alibi (N°. 212).

Hi univerſi fere marini, plures lacuſtres aut fluviatiles: alii ſtatis temporibus e mari in fluvia migrant ad mare redituri (*a*). *Marini*, modo dictis exceptis, lacuſtres & fluviatiles aquas reſpuunt; ſunt qui noctu prædantur; ſunt qui interdiu alios piſces exagitant: ſolitarii vivunt aut gregatim.

Omnes hæ differentiæ hiſtoriam propriam ſingulorum ſpectant & hinc hujus loci non ſunt.

(*a*) Plures Auctores contenderunt prima mundi ætate omnes piſces mare inhabitaſſe, inde conſcendiſſe fluvios, ubi quidam remanſerunt, dum reliqui mare repetierunt.

après un certain temps, dans des especes de convulsions exprimées par un battement répété des ouies.

Il est très-incertain qu'ils s'accouplent; il n'est pas même prouvé que les mâles aient les parties, qui dans les autres animaux caractérisent leur sexe. Les femelles sont ovipares, & font à la fois une grande quantité d'*œufs*, attachés ensemble, comme un chapelet, par une pellicule ou membrane mince. On trouve aux deux sexes les parties suivantes; sçavoir: *le cervau, la moëlle épiniere, le diaphragme, le foie & sa vesicule, la ratte, le pancreas*; l'on y remarque encore *la vessie urinaire, les reins, l'intestin cæcum*. Presque tous ont une vessie remplie d'air, appellée *vessie aérienne*, qu'ils enflent ou désenflent à leur gré. Son usage est, en augmentant ou diminuant le volume & la pesanteur du corps du poisson, de lui donner la facilité de s'approcher de la surface ou du fond de l'eau. On ne trouve aux poissons ni l'organe de l'ouie (comme on l'a déjà dit) ni même les parties extérieures de cette organe; ils n'ont point non plus de paupieres, à moins qu'on ne regarde comme telles une membrane, dont nous parlerons ailleurs (No. 212).

Presque tous les Poissons vivent dans la mer, plusieurs cependant habitent les rivieres, les lacs, les étangs; d'autres enfin passent de la mer dans les rivieres, & ces derniers exceptés, tous ceux qui vivent dans la mer, périssent dans l'eau douce (*a*). Il y a des especes ennemies des autres, qui leur donnent la chasse; les unes la nuit, les autres en plein jour: les unes vivent en solitude, les autres en compagnie ou société.

Toutes ces différences appartiennent à l'histoire particuliere de chaque individu; & par conséquent ne sont pas du ressort de cette partie élémentaire de l'Ichthyologie.

(*a*) Plusieurs Auteurs ont prétendu, qu'originairement tous les poissons habitoient la mer, d'où ils étoient remontés dans les rivieres; que quelques-uns y resterent, tandisque les autres repasserent des rivieres dans la mer.

Ex jam dictis patet, quantum Pifces differant ab aliis aquaticis animalibus olim ab ARTEDIO, LINNÆOque inter Pifces genuinos recenfitis fub nomine *Plagiurorum* & *Chondropterygiorum.* Enimvero *Plagiuri* gaudent *corde* biloculari, biaurito; *pulmonibus* refpiratoriis; *palpebris* mobilibus; *auribus* cavis: Mares inftruuntur *pene* intrante feminas viviparas lactantes mammis: plerifque fiftulæ (*nares*) fupra roftrum. *Chondropterygii* imo habent *cor* uniloculare, uniauritum; *pulmones* & *branchias* peculiaris ftructuræ; arbitrarie in aqua aut aëre refpirant: Maribus *penis* duplex; feminæ oviparæ aut viviparæ; *aures* cavæ pone oculos; *nares* fupra roftrum, folitariæ vel binæ, quæ in pifcibus utrinque geminatæ (VIII).

SUFFRAGABIMUR ergo Clar. LINNÆO, qui, in editionibus *Syftematis Naturæ* pofterioribus, *Plagiuros* mammalibus affociavit, & *Chondropterygios* fub Amphibiorum claffe fcripfit; in hoc tamen diffentiemus, quod *branchioftegos*, inter Amphibia ab ipfo recenfitos, pro veris Pifcibus fimus habituri.

La définition, que nous venons de donner des Poiſſons, & l'énumération des parties, tant de celles qui leur ſont propres, que de celles qui leur manquent, font aſſez voir la différence, qu'il y a entr'eux & les autres animaux vivants également dans l'eau, comme les Baleines, les Rayes, les Chiens de mer; & le Chevalier de LINNÉ, ainſi qu'ARTEDI, avoient jadis rangé ces animaux parmi les poiſſons ſous le nom de *Plagiures* & de *Condropterygiens*. Mais les *Plagiures* (Baleines, Marſoins, Dauphins) ont le *cœur* à deux cavités & à deux oreillettes; ils reſpirent par des véritables *poulmons* & non par des *ouïes*; ils ont des *paupieres* mobiles & les parties intérieures ſeulement de l'organe de *l'ouie*: les mâles ont une *verge*, qui dans l'accouplement s'introduit dans la partie de la femelle, laquelle eſt vivipare, a des mammelles, & allaite ſes petits. Ils ont ſur le bec des trous cylindriques allongés (qui ſont leurs *narines*), par leſquels ils ſoufflent l'eau. Les *Condropterygiens* ont (comme les poiſſons proprement dits) le *cœur* à une ſeule cavité, & une ſeule oreillette; mais ils reſpirent arbitrairement par des *ouies* d'une ſtructure qui leur eſt propre, & par des *poulmons*, ſoit dans l'eau, ſoit dans l'air. Les mâles ont deux *verges*; les femelles ſont ovipares, ou vivipares: ils ont les *oreilles* (comme les *Plagiures*) ſituées derriere les yeux. Enfin les *narines* ſont audeſſus du bec, une ou deux, & jamais quatre, comme dans les poiſſons proprement dits (VIII).

NOUS PLACERONS donc, comme l'a fait *LINNÉ* dans les dernieres editions du *Syſtema Naturæ*, les *Plagiures* avec les quadrupedes dans la claſſe des animaux à mammelles (*mammalia cete*); & les *Condropterygiens* dans la claſſe des Amphibies, ſous le nom d'Amphibies nageants (*Amphibia nantia*). Nous nous écarterons de ſon ſyſteme, en ce que nous placerons parmi les poiſſons proprement dits, les *Branchioſteges*, que cet Auteur a rangé auſſi parmi les Amphibies.

CORPUS

Dividitur in externum & internum.

CORPUS EXTERNUM.

Corpus externum partes omnes comprehendit, quæ in vivo piſce aut in integerrimo, ne minimum mutilato ipſius corpore, facili negotio obſervari queunt. Hæ ad claſſes condendas, genera ſtabilienda, & determinandas ſpecies, ab Auctoribus ſolæ adhibitæ fuerunt: ARTEDIO, LINNÆO, GRONOVIO, HASSELQUISTIO, CATESBÆO. Hic etiam recenſenda veniunt, *membrana* ſeu pinna *branchioſtega* (XII); *lingua* (VI); *oſſicula palati* (IX) licet partim tecta, & non niſi diductis maxillis operculisve conſpicua: ex his enim varios eruerunt genericos aut ſpecificos characteres ſupra laudati Ichthyologi.

Corpus Piſcium illinitur ut plurimum mucoſa materie, lenta, lubrica, e poris exſudante. Hæc haberi poteſt tanquam perſpiratio, qua impeditur mutuus ſquamarum coalitus, aquæ per poros intromiſſio, & facilior redditur motus natatorius. Pro diverſa *figura* diverſoque *integumento* varia ſortitur nomina Ratione

α) Figuræ

1. *Cathetoplateum*, id eſt *compreſſum* a lateribus; quando latitudo perpendicularis horizontalem ſuperat: ut in *Percis*, *Sparis*, pluribusque generibus.

2. *Pla-*

LE CORPS

Le Corps des Poiſſons ſe diviſe en deux parties, l'une intérieure, l'autre extérieure.

LE CORPS EXTERIEUR.

On entend par parties extérieures du Corps, toutes celles qui s'apperçoivent facilement & ſans aucune diſſection, tant ſur un poiſſon vivant que ſur un poiſſon mort, mais bien conſervé. Ce ſont les ſeules, dont les Auteurs méthodiſtes ſe ſont ſervis pour former des claſſes, établir des genres, & déterminer des eſpeces: tels ſont entr'autres, ARTEDI, LINNE', CATESBY, GRONOVIUS, HASSELQUIST. Il faut mettre au rang des parties extérieures, la *membrane branchioſtege* (XII); la *langue* (VI); les *os du palais* (IX), quoique ces parties ne puiſſent être apperçues que lorſqu'on écarte les deux mâchoires, & qu'on ouvre les opercules des ouïes; mais elles ont fourni des caracteres génériques, ou ſpécifiques aux Auteurs nommés ci-deſſus.

Le Corps des Poiſſons eſt ordinairement enduit d'une matiere muqueuſe, gluante, qui ſuinte de tous ſes pores, & qui le rend gliſſant dans la main. On peut regarder cette ſécrétion, comme une tranſpiration, qui ſert à empêcher les écailles de ſe coller les unes aux autres; qui s'oppoſe à l'introduction de l'eau par les pores, & enfin qui facilite le mouvement du poiſſon dans l'eau. Le Corps prend différents noms à raiſon de ſa *figure*, & de ſes *tégumens*.

A raiſon de ſa

a) Figure.

1. *Comprimé*, quand il eſt plat par les côtés; ce qui arrive quand la hauteur ſurpaſſe la largeur: les *Perches*, *Dorades*, &c.

2. **Plagioplateum**, id eſt **Depreſſum**; ſi latitudo horizontalis perpendicularem excedit: caput *Uranoſcopi*, *Lucii*; *Xiphias* &c. (*a*)

3. **Teres**, ſeu **Cylindricum**, angulis deſtitutum: *Muræna*, *Ammodytes*, *Syngnathus*.

4. **Anceps**, ſeu **Enſiforme**, angulos duos oppoſitos, acutos habet: *Ophidion*, *Lepidopus*.

5. **Cultratum**, pars ſupera dorſi plana, infera acuta: *Gymnotus* &c.

6. **Carinatum**, parte prona ventris prominente longitudinaliter, dorſo rotundo ab antecedente differt: *Scomber*.

7. **Ovatum**, Diameter longitudinalis ſuperat tranſverſalem: baſi ſegmento circuli circumſcripta, apice anguſtiore: *Chætodon*; *Sparus*.

8. **Orbiculatum**, Peripheria circinnata: diametro tranſverſali & longitudinali ſubæqualibus: *Rhombus aculeatus*.

9. **Lanceolatum**, ſeu **Oblongum**, Ovatum (7), extremitatibus attenuatis: *Blennius*, *Labrus*, *Clupea* &c.

10. **Globoſum**, **Sphæricum**; craſſities æquat longitudinem & latitudinem, ita ut figura globi plus minus regularis ſurgat: *Diodon*, *Oſtracion*.

(*a*) Si aliquis premitur duobus lignis verticaliter poſitis dicitur *comprimi*; ſi ab iisdem horizontalibus, *deprimi*.

2. *Déprimé*, quand la largeur eſt plus grande que la hauteur, ce qui arrive dans la tête du *Bœuf*, du *Brochet*, de *l'Empereur* &c. (a).

3. *Cylindrique*, *rond en long*, quand il n'y a ni angles ni cavités: les *Anguilles*, les *Murenes*, les *Lamproyes* &c.

4. *Aigu*, de deux côtés, ou *Enſiforme*, en forme d'épée, quand il y a deux angles aigus oppoſés, & que le milieu eſt un peu renflé; comme la *Donzelle*.

5. *Fait en couteau*, quand le deſſus du corps eſt large & plat, comme le dos d'une Lame de couteau, & que la partie inférieure en repréſente le tranchant: le *Gymnotus* &c.

6. *En carene*; quand la partie inférieure du ventre eſt faite en quille de vaiſſeau: le *Maquereau*. (Dans ce cas le dos eſt arrondi; car s'il étoit plat, le corps ſeroit fait en couteau) (5).

7. *Ové*; s'entend d'un poiſſon plat, quand le diametre longitudinal excede le tranſverſal; c'eſt-à-dire quand le poiſſon eſt plus long que large; comme le *Pagel*, le *Chætodon*.

8. *Arrondi*, ou *Rond*, s'entend d'un poiſſon applati, quand le diametre longitudinal & le diametre tranſverſal ſont égaux, comme dans le *Turbot* ou *Rhomb*.

9. *Lancéolé*, ou *Oblong*, quand le corps étant de beaucoup plus long que large, comme dans l'ové (7), l'extrémité inférieure ou du côté de la queue, ſe trouve beaucoup plus étroite, & plus allongée par le côté de la tête: le *Brochet*, l'*Aiguille*, l'*Anchois* &c. (ceci s'entend encore d'un poiſſon applati).

10. *Globeux*, ou *Sphérique*, c'eſt lorſque les diametres de l'épaiſſeur du corps ſont égaux aux diametres des ſurfaces; enſorte que le corps du poiſſon forme une eſpece de globe plus ou moins régulier; comme les *Orbis*, *Hériſſons de mer*.

(a) Une comparaiſon fera entendre la différence qu'il y a entre comprimé (1) & déprimé (2). Si quelqu'un eſt ſerré entre deux portes en paſſant, il eſt *comprimé*; & ſi un plancher tombe ſur lui, il eſt *déprimé*. Ainſi le *Comprimé* eſt l'effet de la preſſion latérale, & le *Déprimé* celui de la preſſion verticale.

11. *Annulatum*, annulis ſeu lineis elevatis corpus cingentibus: *Triglæ* ſpecies.

12. *Articulatum*; conſtat lamellis concatenatis: *Syngnathus.*

13. *Trigonum*
14. *Tetragonum* } angulis tribus aut quatuor prominentibus longitudinalibus lateribus exacte planis: *Oſtracion*, *Syngnathus* &c.

15. *Polygonum*, angulis 5 - 6. &c. *Oſtraciontes*, *Syngnathi.*

16. *Diacanthum*, ſpinis duabus
17. *Triacanthum*, ſpinis tribus
18. *Polyacanthum*, ſpinis quatuor, quinque, pluribus &c. } *Cottorum* ſpecies diverſæ.

19. *Cuneiforme*, altera extremitate ſenſim attenuata, altera rotundata: *Uranoſcopus.*

20. *Conicum*, cylindricum, ſed ſenſim ad caudam decreſcens: *Uranoſcopus.*

21. *Ventricoſum*, cum pars ventris deorſum prominet: *Oſtraciontes*, *Diodontes* &c.

22. *Tuberoſum*, *Gibbum*, dum e contrario pars dorſi prominet, aſſurgit: *Zeus*, *Faber* &c.

β) Superficiei & Integumentorum.

23. *Alepidotum*, *Nudum*, ſquamis deſtitutum: *Blennius*, *Gymnotus*, *Echeneis.*

24. *Squamoſum*, ſeu ſquamis tectum: maximus piſcium numerus.

11. *En anneau*, quand le corps eſt enveloppé de lignes élevées, qui ont la forme d'anneau: quelques *Grondins*.

12. *Articulé*, quand le corps eſt compoſé de lames enchainées les unes aux autres comme le *Cheval marin*.

13. *A trois angles*
14. *A quatre angles*
} Les exemples de ces deux eſpeces ſont les poiſſons appellés par LINNE' *Oſtraciontes*, en françois les *Coffres*, parcequ'ils ont réellement la figure d'un coffre.

15. *A pluſieurs angles*: le *Cheval marin*, & quelques eſpeces de *Coffres*.

16. *Diacante*, armé de deux épines ou aiguillons
17. *Triacante*, à trois épines
18. *Polyacante*, à pluſieurs épines
} pluſieurs eſpeces de *Cottus*.

19. *Cunéiforme* ou fait en forme de coin, quand la tête eſt arrondie, & que le corps en retréciſſant ſe termine vers la queue preſque en une lame mince, qui imite le bout applati d'un coin: la *Raſcaſſe*.

20. *Conique* fait en cône; lorſque le corps eſt cylindrique partout, mais en diminuant de la tête à la queue: le *Bœuf*. (Il ne differe donc du précédent qu'en ce que les côtés de la queue ſont arrondis).

21. *Ventru*, quand la partie du ventre eſt ſaillante ſur celle du dos, ou de la partie ſupérieure; comme dans les genres *Oſtracion*, *Diodon*, *Tetraodon* & les *Coffres*.

22. *Boſſu*, ſi la partie du dos eſt ſaillante, élevée: le *Zeus*.

A raiſon de ſa

β) Superficie *& de ſes* Tégumens.

23. *Alepidote*, c'eſt-à dire nud, ſans écailles, quand aulieu d'écailles il eſt couvert d'une peau ſimple ou d'un cuir dur: comme la *Donzelle*, le *Remora*, le *Gymnotus*.

24. *Écailleux*, quand le corps eſt couvert d'écailles; le contraire du précedent: comme la plus grande partie des poiſſons.

25. *Macrolepidotum*, ſquamis longis: *Chætodon.*

26. *Glabrum*, ſeu *Læve*, ſquamis nec aſperis nec inæquabilibus, & in quarum medio nec angulus eminens nec ſulcus occurrunt: *Argentina*, *Atherina*, *Labrus.*

27. *Lubricum*, oblinitum tenaci humore, ſeu muco: *Anguilla.*

28. *Scabrum*, *Tuberculatum*, ſuperficie tuberculis eminentibus exaſperata: *Scorpæna.*

29. *Papilloſum*, tectum tuberculis mollibus, cutaneis, loco ſquamarum: *Zeus*, *Falx.*

30. *Cataphractum*, cute dura, aut ſquamis adnatis licet diſtinctis & numerabilibus tegitur: *Oſtracion*, *Trigla.*

31. *Loricatum*, integumento oſſeo, ſeu ſquamis ita arcte unitis tectum, ut quaſi unicam conſtituant: *Loricaria*, *Triglæ*, *Siluri* ſpecies.

32. *Vittatum*, zonis longitudinaliter per latera a capite ad caudam productis: *Atherina*, *Spari* & *Labri.*

33. *Faſciatum*, zonis tranſverſis a ſummo dorſo ad ventrem: *Chætodon*, *Sparus*, *Labrus.*

34. *Lineatum*, lineis anguſtiſſimis ſparſis: *Sparus*, *Labrus.*

35. *Reticulatum*, *Cancellatum*, lineis decuſſatis, a capite ad caudam & a dorſo ad ventrem exſtenſis: *Sparus*, *Oſtracion*, *Coriphæna.*

36. *Punctatum*, punctis ſerie longitudinali diſpoſitis, aut inordinatis: *Sparus*, *Labrus.*

37. *Bicoloratum*, color unius lateris, diverſus a colore alterius: *Pleuronectes.*

38. *Variegatum*, coloribus variis pictum: *Fiatola* Auctorum.

25. *Macrolepidote*, c'eſt-à-dire couvert d'écailles longues : des *Chætodon*.
26. *Liſſe*, *Poli*; on entend par cette epithete certains poiſſons, dont les écailles ne ſont ni âpres ni raboteuſes; & dans le milieu deſquelles on ne voit ni angles ſaillans ni carene: l'*Argentine* &c.
27. *Gliſſant*, s'il eſt enduit d'une certaine huile, qui empêche qu'on ne puiſſe le ſerrer dans la main : comme on voit dans les *Anguilles*.
28. *Rude*, *Chagriné*; quand la ſurface eſt hériſſée de tubercules, de pointes, d'écailles raboteuſes ; ou enfin de corps quelconques qui forment des éminences: la *Raſcaſſe*.
353. **Aſperæ**, oſſiculis inermibus [A], aut pungentibus [B], denticulatis conſtant: *Trachipterus, Silurus, Aſpredo.*

δ) Figura

354. **Æquales**, oſſiculis omnibus ejusdem longitudinis: *Blennii; Pleuronectes, Soleæ.*

355. **Declinatæ**, apice deſcendentes; oſſiculo primo omnium altiori, cæteris ſenſim ad caudam uſque decreſcentibus: *Spari, Labri* &c.

356. **Interruptæ**, oſſiculis intermediis breviſſimis, dum quæ ad caudam & caput tendunt, ſenſim longiora fiunt, ultimis utrinque, caudali & cervicali, omnium longiſſimis, *Sciæna.*

357. **Acuminatæ, Triangulatæ**, oſſiculis anticis poſticisque brevioribus, intermediis vero longioribus; aut primo cæteris æquali: pinnæ anteriores *Triglarum, Clupearum.*

[redacted]

57. *Solitaires*, *Monopterygiens.*
58. *Deux nageoires*, *Dipterygiens.*

59. *Trois nageoires*, les *Tripterygiens.*
60. *Quatre nageoires*, les *Tetrapterygiens.*

γ) *leur* Nature

61. *Rayonnées*, foibles, ou point piquantes; quand les osselets (A) sont pliants, foibles & point piquants: les poissons *malacopterygiens.*

62. *Piquantes*, quand les osselets sont durs (B), point flexibles, & terminés par une pointe aigüe: les poissons *acanthopterygiens.*

63. *Apres*, lorsque les osselets sont rudes & dentelés: les *Silurus*, *Trachipterus.*

δ) Figure

64. *Egales*, quand les osselets sont de la même longueur: les *Soles*, *Blennius.*

65. *Déclinées* ou *Descendantes*, quand le premier osselet, quel qu'il soit, A ou B, du côté de la tête est le plus long, & que les autres vont en diminuant sensiblement jusqu'à la queue ou vers la région de la queue: des *Sparus*, *Labrus.*

66. *Interrompues*, quand les osselets du milieu sont plus courts que ceux du commencement & de la fin: dans des *Sciæna.*

7. *En pyramides*, en pointe, ou *Triangulaires*, quand les rayons du milieu sont les plus longs, & que ceux qui vont à la tête & à la queue, diminuent sensiblement de longueur, mais toujours également des deux côtés; ou que l'angle antérieur de la nageoire formé par le premier rayon est égal à l'angle postérieur, que forment les autres: comme dans les *Trigla* & *Sardines.* N 2

ε) Proportione

358. ***Exiguæ***, vix ſupra dorſum prominentes: *Exocœtus*, *Mugil*, *Syngnathi*.

359. ***Aſſurgentes***, ***Altiſſimæ***, conſtant oſſiculis pluribus prælongis: *Callyonymus*.

ζ) Integumentis

360. ***Carnoſæ***, ***Adipoſæ***, cute craſſa teguntur: *Gadus*, *Labrus*, *Chætodontes*.

361. ***Squamoſæ***, ſquamis veſtitæ: ſoli *Chætodontes*.

η) Additamentis

392. ***Ramentaceæ***; *Ramentum* eſt appendix filiformis cutanea, perioſtei inſtar, pone & infra apicem oſſiculorum enata: occurrit in *Zeis*, *Labris*. Nunquam ramentaceæ ſunt pinnæ *ventrales*, *pectorales*, *analis*, & *caudalis*.

OBSERVATIO. Piſces plani, ex. gr. *Soleæ*, *Pleuronectes*, pinnis ventralibus valde parvis inſtructi, cum ideo minorem ſuperficiem aquæ obvertant, opus habent, ut ſitum verticalem ſervent, vi majore quam illi, quibus latitudo proportionalis eſt; & obſervatur omnino quod in generibus ſupra memoratis pinnæ dorſales occupent omnem regionem a nucha ad caudam uſque, cum qua aliquando confunduntur, & quod in hoc caſu pinna ani iisdem, ac pinnæ dorſales, functionibus dicata, ut infra dicetur, occupet etiam omnem partem inferiorem ventris ab ano, qui tunc valde propinquus capiti eſt, uſque ad caudam.

ε) *leur* Proportion.

58. *Petites*, s'entend, quand elles ont peu de hauteur: les *Exocœtus*, *Muge-volant*.

59. *Très-hautes*, *Montantes*, quand elles s'élevent beaucoup audeſſus du dos: les *Lyres* & *Callyonymus*.

ζ) *les* Téguments.

60. *Charnues*, ou couvertes d'une peau épaiſſe: les *Gadus*, *Blennius*, *Chætodon*.

61. *Ecailleuſes*, ou couvertes d'écailles: il n'y a que le genre des *Chætodon*.

η) *les* Appendices.

62. *Ramentacées*, *Raclées*. Le mot latin *ramentum*, ſignifie *limure*, *raclure*, *une petite partie arrachée en raclant*; & en effet le *ramentum* dans les poiſſons eſt une petite appendice molle, filiforme, qui ſe trouve à l'extrémité & au bord poſtérieur des oſſelets. C'eſt un prolongement de la membrane, qui les recouvre & qui paroit comme raclée de deſſus l'oſſelet. Le *ramentum* ſe trouve dans les poiſſons *St. Pierre*, dans les *Labrus*, à l'extrémité des nageoires du dos & jamais aux autres. Il differe des cirrhes, en ce que ceux-ci ſont plus charnus, & que l'on peut regarder le *ramentum* comme un *périoſte* détaché.

OBSERVATION. Les poiſſons plats, comme les *Soles*, les *Turbots*, ayant les nageoires du ventre très-petites, préſentans par-là moins de ſurface à l'eau, ont beſoin par conſéquent pour conſerver leur ſituation verticale d'une plus grande force que ceux qui ont une largeur proportionnée, & l'on obſerve en effet, que dans les genres ci-deſſus nommés, les nageoires du dos occupent toute la région depuis la nuque du col, juſques à la queue, avec laquelle elles ſe confondent quelquefois; & que dans ce cas, la nageoire de l'anus, qui a les mêmes fonctions que celles du dos, ainſi qu'il ſera dit plus bas, occupe auſſi toute la partie inférieure du ventre depuis l'anus, qui ſe trouve alors très-rapproché de la tête, juſqu'à la queue.

XXVII. PINNÆ PECTORALES.

Tab. I. Fig. 4. E.

Pinnæ pectorales, ad latera thoracis positæ, pone aperturam branchialem (XIII) numero binæ, brachiorum munia servant. Earum ope pisces plurimi supra aquas attolluntur & in aërem evolant. Situ variant seu determinatione, numero, proportione, & figura.

Dicuntur autem

α) Determinatione

363. *Supremæ*, ad suprema latera prope dorsum: *Exocœtus.*

364. *Mediæ*, dorsum inter & carinam abdominis, id est in medio laterum.

365. *Imæ*, *Infimæ*, ad latera inferiora thoracis, seu prope carinam ventralem: *Argentina*, *Blennius*, *Clupea.*

β) Numero

366. *Nullæ*, rarissime & in solis *Murænis.*

367. *Solitariæ*, utrinque unica: pisces omnes, *acanthopterygii*, *malacopterygii*, & *branchiostegi.*

* 367. *Geminatæ*, seu binæ in utroque latere & inæquales: *Lepadogaster.*

γ) Proportione

368. *Longissimæ*, *Angustæ*: *Exocœtus*, *Xyphias.*

XXVII. LES NAGEOIRES PECTORALES.

Pl. I. Fig. 4. E.

Les Nageoires de la poitrine, ou Nageoires pectorales, ſont ſituées à l'ouverture des ouies (xiii), aux deux côtés du thorax (xvii). Elles ſont preſque toujours au nombre de deux, une de chaque côté du corps, & font l'office des bras. Dans pluſieurs eſpeces elles ſervent d'ailes, au moyen deſquelles le poiſſon s'éleve hors de l'eau, & a quelquefois un mouvement progreſſif en avant, qui imite le vol des oiſeaux. On peut les conſidérer ſelon leur ſituation ou inſertion, leur nombre, leurs proportions, leur figure ; & les appeller . .

Selon

α) *leur* Inſertion

363. *Hautes*, quand elles occupent la partie la plus haute proche les ouies: les *Exocétes.*

364. *Moyennes*, c'eſt-à-dire à-peu-près vers le milieu du corps en hauteur.

365. *Inférieures, Baſſes*, proche la carene du ventre; quand elles ſont preſque ſous le thorax, & alors elles ſont très-rapprochées l'une de l'autre, à-peu près comme les ventrales: les *Blennius*, l'*Anchois.*

β) *leur* Nombre

366. *Nulles*: dans quelques *Murénes.* Ce cas eſt très-rare.

367. *Solitaires*: dans preſque tous les poiſſons.

*367. *Accouplées, Redoublées*, quand il y en a deux de chaque côté du corps: comme dans le *Porte-écuelle.*

γ) *leur* Proportion

368. *Très-longues*, & *Etroites*: les *Exocétes*, l'*Empereur* ou *Eſpadon.*

369. *Minimæ, Brevissimæ*: *Trachipterus, Ophidion, Blennius.*

370. *Proportionales*: *Sparus, Labrus, Sciæna, Chætodon.*

371. *Volatiles*, amplissimæ, ut supra aquas arbitrarie evolet piscis; *Trigla, Exocœtus.*

δ) Figura

372. *Rotundatæ*, margine posteriori orbiculato: *Blennius.*

373. *Acuminatæ*, angulo postico in acumen terminato: *Exocœtus, Zeus.*

374. *Falcatæ* seu arcuatæ: *Xyphias.*

NOTA. Pinnæ pectorales, licet situ numeroque variabiles sint, ossiculis, *radiis* inermibus A, similibus instruuntur; excepto *Silurorum* genere, quorum ossicula antica istarum pinnarum sunt serrata.

OBSERVATIO. Pinnæ pectorales inserviunt non modo quibusdam piscibus, ut volare possint, sed faciunt quoque, ut caput cum reliquo corpore in æquilibrio servetur; & observamus omnino, quod piscibus, qui has pinnas magnas habent, caput insigne sit, pinnæ ventrales autem & dorsales parvæ.

XXVIII. PINNÆ VENTRALES.

TAB. I. FIG. 4. A. A.

Pinnæ ventrales, habito respectu ad nomen, in ventre collocari debent, & tamen probe observante Clar. LINNÆO monstrose in collum, &

69. *Très-petites, très-courtes*: les especes d'*Ophidion*, quelques *Syngnathus*, le *Trachipterus*.

70. *Proportionelles*, d'une grandeur relative au corps: le *Sparus*, *Labrus*, *Perches* &c.

71. *Propres à voler*, c'est-à-dire grandes, au point qu'elles peuvent servir au poisson à le soutenir hors de l'eau: les *Exocétes*, *Poissons volants*.

γ) Figure

72. *Arrondies*, ce qui s'entend seulement du bord postérieur: les *Blennius*, *Galérites*.

73. *En pointe*, ce qui s'entend de l'angle postérieur: dans les *Exocétes*.

74. *En forme de faulx*: dans l'*Empereur*, ou *Espadon*, quelques *Zeus*.

NOTA. Quelle variété qu'offrent entre elles les nageoires de la poitrine, les rayons ou osselets ne sont jamais épineux; excepté dans le genre de *Silurus*, dont les osselets antérieurs sont dentelés.

OBSERVATION. Les nageoires de la poitrine ne servent pas seulement à quelques especes de poissons à voler; leur usage est aussi d'équilibrer la tête avec le reste du corps. En effet l'on remarque, que dans les especes, où ces nageoires sont grandes, la tête est grosse, & les nageoires du ventre & du dos sont petites.

XXVIII. LES NAGEOIRES DU VENTRE.

Pl. I. Fig. 4. A. A.

Les Nageoires du ventre sont placées à la partie inférieure du corps, sous le ventre, avant l'anus. LINNÉ observe, qu'il arrive quelquefois, que par une bizarrerie de la nature, elles se trouvent placées plus avant, c'est-à-dire au col, ou

& thoracem ſæpius tranſponuntur. Pedum loco ipſis inſident piſces, unde *Apodes* dicti, qui ipſis carent. Situ vero naturali in abdomine collocantur, & expanſæ horizontaliter angulum fere rectum efformant cum corpore. Situ, numero & proportione varia ſortiuntur nomina.

a) Situ

375. ***Jugulares***, in collo ſcilicet ante pinnas pectorales, capiti viciniores. ***Jugulares***, LINNÆI Syſt. Nat. ed. 2.: *Uranoſcopus*, *Gadus*.

376. ***Thoracicæ***, ſub pinnis pectoralibus: *Echeneis*, *Coryphæna*. ***Thoracici*** LINNÆI ibidem.

377. ***Abdominales***, ſitu naturali in abdomine, pone pinnas pectorales: juxta anum. ***Abdominales*** LINNÆI ibid.: *Silurus*, *Clupea* &c.

378. ***Anum ambientes***, ſeu anum involventes; liberæ aut connexæ: *Accipenſer*, *Squali*.

379. ***Vicinæ***, ſibi invicem approximatæ, carinæ ventrali proximæ: *Cyprinus*.

380. ***Remotæ*** a ſe invicem; inter ipſas tunc eminet carina ventralis: *Cyprini*, *Spari*.

381. ***Coadunatæ***, ***Coalitæ***; in unicam ope membranæ cujusdam concretæ: *Gobius*.

au thorax. Elles font l'office de pieds, d'où LINNÉ a pris occasion d'appeller *Apodes* ou sans pieds les poissons, où ces nageoires manquent absolument. Leur situation naturelle est sous le ventre. On peut les considérer relativement à leur situation, leur nombre, leurs proportions, & leur donner les épithetes suivantes.

Selon leur

a) Situation

375. *Jugulaires*, ou à la gorge, proche le col, c'est-à-dire avant, ou tout au plus en dessous de l'ouverture des ouies & des nageoires de la poitrine, dont cependant la situation est toujours plus élevée. Cette situation & les suivantes ont donné lieu au célebre LINNE' de faire plusieurs classes dans son systeme. Celle-ci comprend les *jugulaires*.

376. *Thorachiques*, c'est-à-dire placées au thorax, & toujours après l'ouverture des ouies sous les nageoires de la poitrine, ou peu après. Les *Thorachiques* de LINNE': les *Coryphénes*, *Echéneis* &c.

377. *Abdominales*, c'est la situation naturelle & la plus ordinaire. Elles sont placées sous le ventre plus près de l'anus que des pectorales. Les *Abdominaux* de LINNE': les *Silures*, *Sardines* &c.

378. *Entourant*, ou *enveloppant l'anus*; quand elles bordent en entier cet orifice: l'*Esturgeon*, des *Squalus* &c.

379. *Voisines*, ou rapprochées, quand elles sont proches l'une de l'autre; & dans ce cas elles sont placées toutes deux presque sur la carene du ventre: les *Carpes*.

380. *Eloignées*, quand elles sont très-séparées l'une de l'autre; & dans ce cas elles semblent occuper la partie inférieure des côtes du ventre, de maniere que la carene du ventre est prominente entre elles deux: des *Carpes*, des *Sparus*.

381. *Unies*, quand, au moyen d'une membrane, elles sont unies l'une à l'autre, de maniere qu'elles semblent n'en former qu'une: comme dans le *Goujon*.

b) Numero

382. *Nullæ*: *Syngnathus*, *Muræna*, *Ammodytes* & Apodes LINNÆI.

383. *Solitariæ*, raro occurrunt: in *Centrifco*.

384. *Binæ*, utrinque unica: pifces fere omnes, *acanthopterygii*, *malacopterygii* & *branchioftegi* quidam.

c) Proportione

385. *Minimæ*; in maxima pifcium copia: *Labrus*, *Sparus*, *Sciæna*, *Cyprinus* &c.

386. *Proportionales* refpective ad molem corporis: *Gadus*, *Uranofcopus*.

387. *Longiffimæ*: in *Exocœto* & *Trachyptero*.

d) Structura

388. *Didactylæ*, officulis tantum duobus inftructæ: *Blennius*, *Alaudæ* Auctorum.

389. *Multiradiatæ*; radiis pluribus, fed ad fummum feptem in qualibet pinna: pifces plurimi.

390. *Muticæ*, inermes, officulis omnibus fimilibus mollibus: *malacopterygii*.

391. *Difformes*, fpina & cirrho conftant: *Ophidion*.

NOTA. Pinnæ ventrales, five jugulares fint (375), five thoracicæ (376), five abdominales (377), dum expanduntur, fitum horizontalem obtinent; angulum rectum cum corpore efficiunt, & ampliata ipfarum fuperficie veluti ba-

b) *leur* Nombre

382. *Nulles*, comme dans les *Murénes*, & les poiſſons de cette diviſion, que LINNE' appelle: ſans pieds, *Apodes*.

383. *Solitaires*; quand il n'y en a qu'une ſeule. Ce cas eſt plus rare que le précédent, & ſe trouve dans le *Centriſcus*.

384. *Deux*, quand il y en a une de chaque côté: comme dans preſque tous les poiſſons.

c) Proportion

385. *Très-petites*, rélativement à la grandeur du corps: le plus grand nombre des poiſſons.

386. *Proportionnelles*, quand leur longueur eſt proportionnée à la grandeur du corps: les *Gadus*, le *Bœuf*.

387. *Très-longues*; dans l'*Exocœtus* ou *Muge volant*: dans le *Trachipterus*.

d) Structure

388. *A deux rayons* ſeulement: comme dans le genre *Blennius* & *Galérites*.

389. *A pluſieurs rayons*; mais rarement au-delà de ſix: preſque tous les poiſſons.

390. *Mouſſes*, point piquantes: dans preſque tous les *Malacopterygiens*.

391. *Difformes*, quand outre les oſſelets ordinaires il y a des cirrhes: les *Ophidion*.

OBSERVATION. Les Nageoires du ventre, dans quelque ſituation qu'elles ſoient, s'ouvrent horizontalement dans l'eau, & forment preſque un angle droit avec le corps. Cette expanſion en préſentant à l'eau une plus grande ſurface, ſert à équilibrer le reſte du corps. C'eſt donc avec raiſon que LINNE' a regardé ces nageoires

ſim ſubſternunt, in quam æquilibrantur caput & corpus reliquum. Non mirum ergo, quod ipſos veros piſcium pedes habuerit LINNÆUS. Enim vero piſces craſſiſſimo capite donati, v. g. *Uranoſcopus*, ipſas in jugulo gerunt, dum alii, quibus caput cum reliquo corpore proportionem ſervat, easdem in thorace aut abdomine geſtant; deficiunt tandem in piſcibus, quorum caput exiguum eſt, aut in longum roſtrum exporrigitur.

XXIX. PINNA ANI.

TAB I. FIG. 5. E.

Pinna ani, ab ano ad caudam partim aut totaliter extenſa, cum pinna dorſali (XXVI) iisdem fungitur officiis. Pro diverſo ſitu, vario numero & ſtructura

Dicitur

α) Situ

392. ***Longitudinalis***, quæ ab ano ad caudam ſecundum integram caudæ (XXIII) longitudinem excurrit: *Echeneis.*

393. ***Media***, ſpatium inter anum & caudam intermedium occupat; longe tamen ab ano & cauda remota; ergo brevis eſt.

394. ***Remota***, in extrema cauda verſus pinnam caudalem: *Oſtracion*, *Tetraodon.*

395. ***Diſtincta*** a pinna caudali, id eſt non coalita: piſces innumeri.

396. ***Coalita*** ad caudam; tunc dorſalis etiam caudali unitur: *Ophidion.*

comme les pieds des poiſſons. L'on remarque effectivement, que dans les poiſſons, qui ont la tête fort groſſe, comme le *Bœuf*, les nageoires ſont jugulaires; qu'elles ſont thorachiques, ou abdominales dans ceux, qui ont la tête proportionnée au reſte du corps; & qu'enfin elles manquent abſolument dans ceux qui ont une petite tête ou un long bec, & par conſéquent ſont en état d'équilibrer avec le corps ſans le ſecours de ces nageoires.

XXIX. LA NAGEOIRE DE L'ANUS.

Pl. I. Fig. 5. E.

La Nageoire de l'anus occupe en tout ou en partie la région qui eſt depuis l'anus juſqu'à la queue. Elle fait en bas, ſous la carene ventrale, le même office, que celle du dos fait en haut; c'eſt-à-dire qu'elle ſert à ſoutenir le poiſſon dans une ſituation verticale (XXVI). On la conſidere donc pareillement ſelon la ſituation, le nombre, la ſtructure.

On l'appelle ſelon

α) *ſa* Situation

392. *Longitudinale*, quand elle occupe en entier l'eſpace compris entre l'ouverture de l'anus & l'extrémité de la queue: les *Echéneis*.

393. *Moyenne*, quand elle commence loin de l'ouverture de l'anus, & qu'elle finit auſſi avant la queue.

394. *Eloignée*, quand elle commence loin de l'anus, mais qu'elle va juſqu'à la queue.

395. *Séparée* de la queue, c'eſt-à-dire de la nageoire de la queue.

396. *Unie* ou adhérente à la nageoire de la queue. Ceci n'arrive jamais, que la nageoire du dos ne vienne auſſi ſe coller à celle de la queue: l'*Ophidion*.

β) Numero

397. *Solitaria*; in maxima piſcium quantitate: *acanthopterygii*, *malacopterygii*.

398. *Gemina*, occurrit in unica *Cyprini* ſpecie: *Cyprinus auratus Chinenſis*.

γ) Structura

399. *Æqualis* (355) radiis omnibus æqualibus: *Lepadogaſter*, *Blennii*, *Galeritæ*.

400. *Declinata* (356) radio antico longiori, cæteris decreſcentibus: *Gadi*, *Spari* &c.

401. *Triangulata*, pyramidata, oſſiculis intermediis longioribus.

XXX. PINNA CAUDÆ.

Tab. I. Fig. 5. F.

Pinna caudæ ea eſt, quæ in extremo trunco ad apicem caudæ (XXIII) verticaliter ſita corpus terminat; gubernaculi vices gerit; motus natationis primarios ſola corpori impertit. Figuram, nexum, & numerum mutat in variis ſpeciebus, &

Vocatur

a) Figura

402. *Æqualis* (355) truncata; terminatur linea tranſverſali: *Syngnathus*.

403. *Rotunda*, in extremo circularis, ſuborbiculata: *Blennii*, *Labri* fere omnes.

404. *Bi-*

β) *le* Nombre

97. *Seule* ou *Solitaire* : preſque dans tous les poiſſons épineux ou non épineux.

98. *Doubles*, ce cas eſt rare, & n'arrive que dans une ſeule eſpece de *Cyprinus*, le poiſſon doré de la Chine.

γ) *ſa* Structure

99. *Egale* (355 : le *Lepadogaſter*, le *Blennius*, ou *Galérites*.

00. *Déclinée* (356), le premier rayon eſt le plus long: des *Sparus*, des *Gadus*.

01. *Triangulaire* ou *Pyramidale*, quand le rayon du milieu eſt le plus long, & que les autres diminuent proportionellement à droite & à gauche.

XXX. LA NAGEOIRE DE LA QUEUE.
Pl. I. Fig. 5. F.

La Nageoire de la queue eſt celle, qui eſt ſituée verticalement à l'extrémité du dos, & termine le corps. Elle lui ſert de gouvernail, & lui communique le mouvement de changement de direction. Elle varie dans les différents poiſſons par ſa figure, le nombre, & ſon adhérence à celles du dos & de l'anus.

Elle eſt par ſa

a) Figure

402. *Egale* (355) tronquée, quand elle eſt terminée par une ligne tranſverſale: *Syngnathus*.

03. *Ronde* ou *Circulaire* à l'extrémité: des *Blennius*, des *Labrus*.

404. *Bifida*; officula intermedia cæteris breviora funt: *Harengus*, *Scomber* &c.

405. *Trifida*, tricufpis, apicibus tribus terminata: in quadam *Cyprini* fpecie.

406. *Cufpidata*, *Lanceolata*, in cufpidem attenuata; officula intermedia longiffima funt: *Zeus*, *Falx Venetorum*, *Murænæ*, *Ophidion*.

407. *Emarginata*, paululum fiffa, terminatur crena: cum officula media breviora funt: *Triglæ* quædam.

408. *Lobata*, divifa in partes diftantes, inæquales: *Exocœtus*.

409. *Arcuata*, *Semi-circularis*, conftat lobis duobus, quorum apices introrfum flectuntur inftar forcipis: *Scomber*, *Thunnus*.

b) Nexu

410. *Diftincta*, libera, cum dorfali & anali non coalita: pifces fere omnes.

411. *Coalita*, *Annexa*. Radii ultimi pinnarum dorfi & ani, ope ejusdem membranæ cum cauda coalefcunt, & unam quafi efformant: *Ophidion*, *Rhombi*.

c) Numero

412. *Nulla*, dum fola cauda proprie dicta (XXIII) truncum terminat: *Syngnathus*.

413. *Solitaria*, unica: in maxima pifcium quantitate.



4. *Fendue* en deux, quand les offelets du milieu font les plus courts: les *Scomber*, des *Harengs*, *Sardines* &c.

5. *Fendue* en trois. Ce cas eft très-rare, & n'arrive que dans un *Cyprinus*.

6. *En fleche*, en lance, pointue. Dans ce cas les offelets du milieu font les plus longs: dans un *Zeus*, qu'on appelle la *flamme de mer*, des *Murenes*, *Ophidion*.

7. *Emarginée*, *Echancrée*, lorsque les deux ou trois offelets du milieu font tant foit peu plus courts que les autres: quelques *Trigla*.

8. *Lobée*, quand elle eft divifée en parties inégales: l'*Exocœtus*.

9. *Arquée*, quand elle décrit un fegment de cercle: des *Thons*, des *Scomber*.

b) *fon* Adhérence


0. *Diftincte*, libre, quand elle n'eft point attachée à la nageoire du dos, ni à celle de l'anus: prefque tous les poiffons.

1. *Contigüe*, quand les derniers rayons des nageoires du dos & de l'anus viennent fe joindre à la nageoire de la queue par une membrane; en forte que par la réunion de ces trois nageoires, le corps femble entouré d'une feule: des *Soles*, l'*Ophidion*.

c) *le* Nombre

12. *Nulle*, alors le tronc n'eft terminé que par la queue proprement dite: le *Syngnathus*.

13. *Solitaire*, ou unique; comme dans prefque tous les poiffons.



CORPUS INTERNUM.

§. IV. *PARTES INTERNÆ.*

Recenſitis externis partibus, exponenda venit internarum hiſtoria. Has autem pari diligentia contemplari non licuit, inſtitutis licet quamplurimis diſſectionibus injectionibusque & in machina pneumatica experimentis, repetitis quoque BORELLI tentaminibus circa *Motum muſcularem.* Hæc ergo obiter pertractabo, imo prætermittam, quæ in animalibus omnibus eodem fere ſe habent modo, aut quæ ad rem noſtram vix faciunt, oſteologiam nempe accuratiorem, nervorum & muſculorum omnium delineationem, vaſorumque diſtributionem ſpecialiſſimam: iis tantum immoraturus, quæ in piſcibus peculiaris & propriæ ſunt ſtructuræ; tum muſculorum præcipuorum natationi diverſimode inſervientium uſus, numerum, inſertionem, motus; circulationis, reſpirationis organa & mechaniſmum tradam, nec non partes generationis, quas autopta delineavi; ſervato eodem ordine, quem ſibi præſcribunt Anthropographi.

OSSA.

Piſcium non ſecus ac animalium aliorum, ſceletum eſt compages oſſium plurium, diverſimode nexorum, quorum alia cavitates efformant, partes tuentur; dum alia firmitatem & adhæſionem præbent organis motus varios variaque munia exercentibus. Hæc paria aut imparia ſunt. Laminæ omnium externæ, perioſteo inſtructæ ægerrime detegendo, ſolidæ ac duræ ſunt, & celluloſam fibris diverſimode in-

CORPS INTÉRIEUR.

§. IV. *PARTIES INTERNES.*

L'ordre, que je me suis proposé de suivre, exige qu'après la description des parties externes je donne le détail anatomique des intérieures. Il ne m'a pas été possible de les examiner avec la même exactitude, quoique j'aie à cet effet multiplié les préparations anatomiques, & répété tant les expériences faites dans la Machine du vuide, que celles de BORELLI *sur le mouvement musculaire.* Je passerai donc sous silence, ou j'omettrai en grande partie ce qui est commun aux poissons & aux autres animaux, ou qui importent peu à mon objet: comme une ostéologie trop détaillée, un exposé minutieux des muscles, des nerfs, des vaisseaux; mais je m'attacherai à décrire exactement les organes particuliers aux poissons; j'exposerai le nombre, l'usage, l'insertion, le mouvement des muscles de chaque nageoire; les organes & le méchanisme de la circulation & de la respiration; enfin je détaillerai les organes de la génération, que j'ai pris soin de dessiner moi même d'après mes préparations. Je suivrai dans tout cet exposé l'ordre qu'observent les Anatomistes.

LES OS.

Le squellette des poissons, comme celui de presque tous les animaux, est l'assemblage de plusieurs os, dont les uns sont destinés à former des cavités, défendre les organes qu'elles renferment, & les autres à soutenir & attacher les parties, d'où dépendent les différentes fonctions de l'animal. Ces os sont pairs ou impairs; composées d'une substance dure & d'une spongieuse. Leur périoste est difficile à découvrir. On voit sur leur surface des éminences & des cavités de toute espece. Ils sont attachés les uns aux autres par des articulations

tertextis formatam, ſubſtantiam tegunt. Horum ſuperficies undequaque proceſſus varios & foſſulas exhibet. Anne&tuntur invicem articulationum diverſi generis ope, firmantur ligamentis. Præterea in plurimis piſcibus oſſa vaga intra propriam muſculorum aut viſcerum ſubſtantiam latitant, nullo nec cum aliis oſſibus nec inter ſe vinculo nexa; muſculorum, intra quos occurrunt, motui promovendo, & inſertioni multiplicandæ veroſimiliter apta.

Notamus *Cheondropterygiorum* oſſa mere cartilaginea eſſe, &, dum exſiccantur, formam primariam, molem, colorem amittere.

OSSA CAPITIS.

Caput in antica corporis parte ſitum, roſtro, fronte, nucha, genis temporibusque diſtinguitur. Plurimis conſtat oſſibus, quorum alia cranium, orbitas, alia maxillas operculaque præbent.

Tædioſa & incerta foret ipſorum enumeratio; ludunt enim quoad numerum in adultis, nec non in diverſis generibus, ſecus in ſpeciebus congeneribus.

Octoginta numerare eſt in capite cujusque Percarum ſpeciei: unde liquet, quod piſcium caput longe plura exhibeat oſſa, quam caput reliquorum animalium. Facile dignoſcuntur in ætate tenera, ægerrime in provecta, propter mutuum coalitum; quod etiam in variis corporis humani ſeneſcentis oſſibus obſervare datur, ubi ſuturæ obliterantur. Quoniam vero frequentiſſima eſt oſſium prædictorum conferruminatio, caput tanquam oſſibus octo conflatum habebimus, cranio ſcilicet, maxillari utroque, palatinis, operculis, hyoide.

vraies, fauſſes, ou mixtes, & par des ligamens qui les revêtent. On voit dans quelques poiſſons de petits os répandus dans la ſubſtance des muſcles ou des viſceres, ſans aucune liaiſon entre eux, ni avec d'autres os, & qui n'ont vraiſemblablement d'autre uſage que celui de donner des points d'appui aux muſcles, dans leſquelles ils ſont entremêlés, & d'en étendre les inſertions.

Nous pouvons remarquer en paſſant, que les os des poiſſons cartilagineux ſont d'une ſubſtance différente, ſe raccorniſſent en ſe deſſechant & perdent leur forme & leurs couleurs.

LES OS DE LA TÊTE.

La tête occupe la partie antérieure du corps: on y diſtingue le muſeau, le front, la nuque, les orbites, les tempes, les joues. Elle eſt compoſée de pluſieurs os dont les uns forment la voute ou boëte du crane, & les orbites; les autres forment let mâchoires & les opercules.

Il ſeroit inutile de donner ici un dénombrement des os de la tête; ce détail ſeroit minutieux, pour ne pas dire impoſſible & incertain, vu que leur nombre varie ſelon l'âge, & qu'on ſeroit fort embarraſſé de les trouver dans un poiſſon adulte: ils varient pareillement ſelon les genres, dont les eſpeces gardent pourtant entre elles une certaine analogie.

Par exemple dans les Perches on en compte juſqu'à 80, que j'ai vu dans un grand nombre de poiſſons de ce genre. Ils ſont, comme on vient de le voir, plus nombreux dans les poiſſons que dans les autres animaux, & ſont faciles à compter dans les jeunes ſujets: dans les plus gros au contraire & les vieux, ces os ſemblent n'en faire qu'un ſeul & ne ſe ſéparent plus les uns des autres tout comme on l'obſerve dans certains os du corps humain, lorsque les ſutures ſont ſoudées par l'âge. Or comme cette ſoudure a fréquemment lieu dans les os des poiſſons, nous regarderons la tête comme compoſée de huit os; ſçavoir l'os du crane, les deux os maxillaires, les opercules, les os du palais, & l'os hyoïde.

XXXI. CRANIUM. *Tab. II. Fig. 1.* A.

Cranium caput omne tegit: hujus latera orbitis sæpius perforantur, & tempora genasque constituunt. Pars supera & antica *Frons* foraminibus duobus utrinque etiam pertusa nares objicit ad interiora palati & faucium obliquo tramite hiantes.


Organa auditus exteriora detegere nondum potui.

XXXII. OSSA MAXILLARIA. *Tab. II. Fig. 1.* B. C.

Os maxillare superius vel unicum est, liberum, plus minusve arcuatum, vel nullum, cujus vices tunc supplet os cranii.

In piscibus osse maxillari donatis, quales sunt *Cyprini*, *Spari*, *Labri* &c. Hujus pars media retro-emittit processum triangularem inter os cranii membranamque palati quasi vagina exceptum; hinc est, quod hi non solum maxillas diducunt inferiorem deprimendo, more piscium omnium, sed etiam superiorem inferioremque pro natu exseiunt retrahuntque.

Os maxillæ inferioris arcuatum, triangulare, aut sæpius litteram V consonantem exhibens, cruribus varie diductis, rostrum magis minusve reddit exporrectum. Latera compressa, postice latiora, basi superioris maxillæ annectuntur, & huic adhærent per diarthrosim planam, ligamentis obvolutam.



XXXIII.

XXXI. LES OS DU CRANE. *Pl.II.Fig.*1.A.

L'os du crane couvre toute la tête; ſes côtes forment le plus ſouvent les orbites, les tempes & les joues. On voit à la partie antérieure & ſupérieure, c'eſt-à-dire au *Front*, deux paires de trous, qui s'ouvrent de dehors en dedans & qui deſcendent obliquement de devant en arriere juſqu'au gozier: ce ſont les trous des narines.

Nous n'avons rien pu découvrir, qui eût l'apparence des organes extérieurs de l'ouie.

XXXII. LES OS DES MACHOIRES. *Pl. II. Fig.* 1. B. C.

L'os de la mâchoire ſupérieure eſt libre, plus ou moins arqué; il ne ſe trouve pas dans tous les poiſſons, & pour lors l'os du crane le ſupplée.

Dans les *Carpes*, *Dorades* & autres genres, cet os eſt très-diſtinct; il eſt armé, dans ſa partie moyenne & poſtérieure, d'une apophyſe triangulaire aſſez longue, qui s'engaine entre la membrane du palais & l'os du crane. Les poiſſons ci-deſſus nommés ont non ſeulement, comme tous les poiſſons, la faculté d'écarter les mâchoires en abbaiſſant l'inférieure, mais de plus ils avancent & retirent à leur gré tant la mâchoire ſupérieure, que l'inférieure.

L'os de la mâchoire inférieure eſt ordinairement arqué ou triangulaire, & dans ce cas il imite aſſez bien un V Romain dont les branches plus ou moins écartées donnent au bec une forme plus ou moins allongée; *voyez l'article des Mâchoires & du Bec.* Ses deux jambes ſont le plus ſouvent applaties & plus larges par derriere que par devant: elles ne ſont articulées à la baſe de la mâchoire ſupérieure, ou os du crane, que par une diarthroſe planiforme, & ne ſont fixées que par des ligamens.

XXXIII. OSSA PALATI *Tab. I. Fig. 1.* A. A. OPERCULA. *Tab. I. Fig. 4.* C. *Tab. II. Fig. 1.* P.

Offa hæc fuo loco jam attigimus; operculorum laminas offeas veluti maxillarum, fuperioris præfertim, pofticam partem habuimus, neque immerito; in pluribus etenim fpeciebus generibusve cranii os aperturam branchialem claudit, & operculorum vice fungitur. Horum cum cranio coalitum nunquam evenire fuadet motus ipforum continuus furfum deorfumque ad refpirationem omnino neceffarius.

XXXIV. OS HYOIDÆUM. *Tab. II. Fig. 1.* D.

Iftud inter inferioris maxillæ crura fitum linguam fuftinet, litteræ V confonantis figuram præ fe fert, hamo quandoque auctum.

Præter hæc offa recenfita, alia in cerebro & cerebello occurrunt officula, vaga, numero figuraque variabilia tanquam auditus organum ab Illuftr. Kleinio habita. Tanti viri hypothefin Anatomia falfam demonftrat, & evertunt fequentia rationum momenta.

Cur pifces fere omnes talia officula non habent, & proinde furdi funt? cur plurimi eorum, quibus Natura benefica officula auditoria dedit, ipfa pauciora habent, dum quibusdam natura munificentior numerofiora largita eft? alii ergo erunt omnino furdi; plures minime; pauciffimi optime audient.

Alibi pifces furda mutaque animalia declaravimus cum Illuftr. Viris Artedio, Gronovio, Linnæo &c, Anatomia & experientia fuffulti.

XXXIII. LES OS DU PALAIS. *Pl. I. Fig. 1.* A. A. LES OPERCULES *Pl. I. Fig. 4.* C. *Pl. II. F. 1.* P.

Nous avons parlé ailleurs de ces os; nous avons regardé ces derniers comme faisant partie des mâchoires, de la supérieure principalement, & cela parceque dans quelques poissons, l'os du crane descend jusqu'aux ouies, & sert d'opercule. Nous avons lieu de croire, que les opercules ne peuvent jamais être soudés aux os de la tête, parcequ'ils ne cessent de se mouvoir, & que leur mouvement ou battement, est absolument nécessaire pour la respiration.

XXXIV. L'OS HYOIDE.
Pl. II. Fig. 1. D.

L'os hyoïde est un petit os, ordinairement pointu, placé entre les deux jambes de l'os maxillaire inférieur, servant de base à la langue, & dont la figure imite assez celle d'un V romain: il est très-souvent armé d'un crochet.

On trouve dans la tête de certains poissons & au centre de leur cerveau ou de leur cervelet, des petits os vagues, dont le nombre & la figure varient. Ce sont ces osselets, que le célebre M. Klein regarde comme l'organe de l'ouie. L'Anatomie & les raisons suivantes nous paroissent refuter l'opinion de ce savant.

Pourquoi le plus grand nombre des poissons est-il dépourvu de ces osselets, & conséquemment pourquoi seroient-ils sourds? pourquoi les uns ont-ils ces osselets en petit nombre, & pourquoi la Nature les a-t-elle prodigués & multipliés dans d'autres? Il y en auroit donc beaucoup, qui seroient tout-à-fait sourds, tandisque d'autres le seroient moins, & que très-peu entendroient parfaitement.

Nous avons avancé ailleurs d'après les célebres Naturalistes Artedi, Gronovius, Linne', & sur-tout d'après nos recherches anatomiques & nos expériences, que les poissons étoient sourds & muets; nous allons rapporter des preuves de leur surdité.

1°. Nulli enim interni externique meatus, nullaque auditus organa cultro anatomico ſeſe objecerunt, inſtituta licet ſexcenties inveſtigatione.

2°. Inſuper Cyprinos auratos chinenſes in vaſe detentos nec ſonitu nec clamoribus magnis excitare potui.

3°. In ipſa aquarum ſuperficie & vaſis limbo, interpoſita tamen clamantes inter & aquam charta papyracea, ne motus aëris tremulus aquam moveret, plures ſimul obſtrepuerunt, quin piſces mutaverint ſedem, terroriſque ſigna dederint.

4°. Remota charta, aëre & aqua per clamores trementibus, piſces exterriti fugam undequaque petierunt.

Idem contigit concuſſis vel leviter pavimento, tabula lignea & vaſe fictili in quo detinebantur.

XXXV. VERTEBRÆ.

Tab. II. Fig. 1. E. E. *Fig.* 2. 3. 4. 5.

Compendioſam vertebrarum hiſtoriam præmittere jubent leges bonæ methodi, quum abdominis thoraciſque cavitates ipſarum concurſus efformet.

Spinam dorſi, quæ præcipua majorque trunci pars eſt, componunt oſſa *vertebræ* dicta, ſerie longitudinali diſpoſita, quorum pauca *thoracis* cavum, plura *abdomen*, plurima vero *caudam* proprie dictam conſtituunt.

Hæc autem columna, quæ in homine ſuperne tenuior, inferne craſſior eſt, in piſcibus e contrario prope caput craſſa, ſenſim ad extremum caudæ attenuatur; quam diverſitatis rationem uſus ſtatioque demonſtrare videntur. Enim vero hæc craſſior eſſe debuit in homine, qui verticaliter incedens

1°. La premiere eſt la manque des organes de l'ouie tant externes, qu'internes, que nous n'avons jamais pu découvrir par des diſſections très-ſouvent répétées.

2°. Nous avons élevé de petits poiſſons chinois, dans un vaſe plein d'eau, &, quelque bruit que nous ayons fait, nous n'avons pu les exciter, ni les épouvanter.

3°. Nous avons fait beaucoup de bruit preſqu'au bord de l'eau, en mettant néanmoins un papier entre nous & l'eau pour intercepter & arrêter les vibrations, que nous aurions pu cauſer ſur ſa ſurface; les poiſſons ont reſté dans la même ſituation, & n'ont point donné la plus petite marque de frayeur.

4°. Mais du même moment que nous avons écarté le papier, & que les vibrations, que nous avons excitées dans l'air, ont fait auſſi frémir l'eau, les poiſſons ont pris la fuite.

La même choſe eſt arrivée, lorſqu'une legere ſecouſſe de la table ou du plancher, ou un petit coup donné contre le baſſin, ont fait frémir l'eau.

XXXV. LES VERTEBRES.

Pl. II. Fig. 1. E. E. *Fig. 2. 3. 4. 5.*

Nous ſommes forcés de parler de la colonne vertébrale avant de parler de la cavité du thorax, & de celle du bas ventre, puiſque cette partie doit être regardée comme commune à l'une & à l'autre cavité.

Cette colonne eſt la partie principale du tronc; elle eſt formée par une quantité d'os appellés *vertebres*, placés longitudinalement les uns après les autres. Cette ſerie d'os occupe dans ſon trajet une partie de la cavité du *thorax*, de celle de l'*abdomen*, & forme la *queue* proprement dite comme on le verra après.

Cette maſſe n'augmente pas en groſſeur en deſcendant de la tête à la queue, comme dans l'homme, mais elle diminue au contraire. L'uſage, auquel elle eſt deſtinée, nous explique la raiſon de cette diverſité. Dans l'homme, dont la ſituation eſt verticale, elle a dû être plus groſſe en bas qu'en haut, vu qu'elle porte & ſoutient la

basi majori fortiorique ob incumbentem capitis & trunci molem ad inferiora opus habebat: dum pisces situ horizontali natantes pro variorum motuum numero, corporisque flexibilitate, minima postice egent mole & antice columnam eandem crassiorem obtinere debent propter caput artusque circumpositos. Idem evenit in lacertis, quadrupedibusve permultis.

Vertebrarum quælibet processus transversos nec non spinosos habet figura longitudineque varios, prout illæ thoraci, abdomini aut caudæ efformandis inserviunt. Processus spinosi, seu Apophyseos cujuslibet basis foramine hiat, quod una cum aliis canalem spinalem efformat a capite ad caudam sensim angustatum. *Tab. II. fig.* 3. E.

Circuli concentrici in vertebris *chondropterygiorum* conspicui, annos cujuslibet individui designant ex plurium sententia, non secus ac dentes in quadrupedibus, spiræ variæ in conchiliorum testis, aut circuli concentrici in trunco arboris transversim secto.

Exulant in piscium proprie dictorum vertebris tales circuli; attamen ipsarum Apophyses lineas transversas numero varias exhibent. An ex his eruenda venit piscium ætas? Ad thoracis structuram redeamus.

THORAX

Costis præprimis efformatur in animalibus omnibus; dum in piscibus tali munimine destituitur, & *vertebris* tantum, *sterno*, *claviculis*, *scapulis*que constat. Minima certe cavitas, nuchæ subjecta infra branchias, imisque faucibus sita, probe observante Cl. DUVERNEY.

maſſe du tronc & celle de la tête : dans les poiſſons au contraire, dont la ſituation eſt horizontale, la colonne a dû être plus grêlé à cauſe des mouvements, qu'elle doit exécuter, & il a fallu qu'elle fût plus groſſe vers la tête à cauſe des parties qu'elle doit ſoutenir. La même choſe arrive dans les lezards & les quadrupedes.

Toutes les vertebres ont des Apophyſes tranſverſes & des Apophyſes épineuſes. Ces Apophyſes varient, & en longueur & en figure, dans les vertebres du thorax, de l'abdomen, & de la queue. La baſe de chaque Apophyſe épineuſe eſt percée d'un trou, qui, par ſa réunion avec les autres, forme le canal vertébral, dans lequel paſſe la moële épiniere. Ce canal eſt plus large dans la premiere vertebre, & devient graduellement plus étroit en allant vers la queue. *Pl. II. Fig. 3.* B.

Dans les poiſſons cartilagineux les vertebres offrent des cercles concentriques, que l'on prétend déſigner l'âge de l'animal, tout comme le nombre des dents annonce celui de pluſieurs animaux, les différentes volutes celui d'un coquillage, les cercles concentriques d'un tronc celui d'un arbre.

L'on ne voit pas ſur le corps des vertebres des poiſſons proprement dits ces cercles concentriques, mais bien des lignes tranſverſes ſur leurs Apophyſes quelconques, dont le nombre varie ſuivant l'âge du poiſſon. Seroit-ce la marque, à laquelle on pourroit reconnoitre ſon âge ?

LA POITRINE.

Cette cavité, qui dans tous les animaux eſt formée principalement par des os tranſverſes appellés *côtes*, n'eſt faite ici que par des *vertebres*, le *ſternum*, les *clavicules* & les *omoplates*. Elle eſt la plus petite de toutes les cavités, répondant à la nuque, dans le fond du palais ſous les branchies, comme l'a fort bien obſervé le célèbre DUVERNEY.

XXXVI. CLAVICULÆ.

Tab. II. Fig. 1. N. *Fig. 6.* A.

Claviculæ pone aperturam branchialem transversim sitæ, ipsius marginem posticum dant. Forma referunt falcem triangularem aut ensem arcuatim flexum. Superius primæ vertebrarum fere adnatæ, inferne antrorsum tendunt & altero extremo inter crura ossis *hyoidæi* invicem uniuntur, quandoque constant ossiculis duobus arcte connexis.

XXXVII. STERNUM.

Tab. II. 1 , 1, F.

Sternum osseum semper est, non vero cartilagineum, ut in pluribus animalibus, modo triangulare, aut consonantem V litteram æmulans, modo antice obtusum, postice acutum sæpius rhomboideum. Situm inter clavicularum extrema & pone ipsa, thoracis mediam partem occupat, ipsumque claudit. Superficies ipsius externa in medio sæpius carinam exserit; margines vero revolvuntur ad insertionem musculorum.

XXXVIII. SCAPULÆ.

Tab. II. Fig. 1. O. *Fig. 6.* B.

Scapulæ remotæ a se invicem rhomboidales, planæ aut arcuatæ utrinque ad trunci latera & infra sitæ sunt, in angulo scilicet, quem faciunt claviculæ & sternum: his inseruntur pinnæ pectorales. Ossa hæc in quibusdam desunt & tunc pinnæ supra memoratæ minus inter se distantes sterno scapularum vices gerenti, aut claviculis adhærent.

XXXVI. LES CLAVICULES.

Pl. II. Fig. 1. N. *Fig. 6.* A

Les Clavicules ſont deux os placés en travers d'abord après l'ouverture des ouies, & forment le bord poſtérieur de cette ouverture. Elles reſſemblent aſſez à une faulx triangulaire, ou à une épée qu'on auroit courbée en arc. Elles ſont attachées en haut à la premiere vertebre, & ſe portant de haut en bas & de derriere en devant, elles ſe collent l'une à l'autre entre les deux jambes de l'os *hyoïde*. Quelquefois les clavicules ſont formées par deux oſſelets collés enſemble.

XXXVII. LE STERNUM ou POITRAL.

Pl. II. Fig. 1. F.

Le Sternum n'eſt pas cartilagineux comme dans d'autres animaux: il eſt toujours oſſeux & varie infiniment, tantôt il eſt triangulaire, ou bien reſſemblant à un V romain, tantôt il eſt arrondi par devant, pointu par derriere, & le plus ſouvent rhomboïde. Situé entre les extrémités inférieures de l'arcade des clavicules, il occupe le devant de la poitrine, & ferme cette cavité. Sa face externe eſt preſque toujours marquée dans ſon milieu d'une crête ou carene; ſes bords ſont retrouſſés, & c'eſt dans l'entre-deux que ſont logés des muſcles.

XXXVIII. LES OMOPLATES.

Pl. II. Fig. 1. O. *Fig. 6.* B.

Les Omoplates ſont deux petits os aplatis, comme rhomboïdes, ou arqués: ils ſont placés à la partie latérale du corps ſous le bord poſtérieur des clavicules, & la partie latérale ou bord extérieur du ſternum: ils ſervent de baſe ou point d'appui aux nageoires pectorales. Tous les poiſſons n'ont pas d'omoplate; & pour lors leurs nageoires pectorales ſont attachées au bord du ſternum ou des clavicules, & plus rapprochées l'une de l'autre.

XXXIX. VERTEBRÆ THORACICÆ.

Tab. II. Fig. 2.

Hæ pauciſſimæ ſunt, apophyſibus inſtructæ breviſſimis. Foramen, quod medullam ſpinalem excipit, in prima vertebra amplius, in ſubſequentibus ſenſim anguſtatur.

ABDOMEN.

Abdomen thorace multo capacius eſt, ad anum uſque ſeu ad caudæ baſim protenſum, tertiam aut dimidiam corporis partem occupat. Hujus cavum conſtituunt *vertebræ abdominales*, *coſtæ*, *oſſa*que *pelvis*.

XL. ABDOMINIS VERTEBRÆ

Tab. I. Fig. 1. E. E. *Tab. II. Fig.* 3. 4.

Numero & magnitudine diverſæ cavitatis amplitudini reſpondent, & canali, quo medulla ſpinalis recipitur, perviæ ſunt. Proceſſus ipſarum ſpinoſi non ſolum tranſverſis, ſed etiam proceſſibus ſpinoſis vertebrarum thoracis longiores deprehenduntur. Tranſverſi proceſſus apice obtuſi & ſpinoſis breviores intra cavum abdominis inflectuntur. Inſuper tres quatuorve infimæ abdominis vertebræ ſubtus arcu oſſeo inſtruuntur, ſub quo ſibi viam patefaciunt vaſa abdominis majora.

XLI. COSTÆ.

Tab. II. Fig. 1. H. H. *Fig.* 3. C. C.

Coſtæ, arcus oſſei, tranſverſim abdomen cingentes, oblique deorſum tendunt, & numerum abdominalium vertebrarum adæquant. Superne craſſiores & obtuſiores annectuntur apicibus cujuslibet proceſſus tranſverſi vertebrarum, & eundo

XXXIX. LES VERTEBRES DE LA POITRINE.

PL. II. FIG. 2.

Les Vertebres, qui entrent dans la ſtructure du thorax, ſont toujours en très-petit nombre, leurs apophyſes ſont très-courtes, mais le canal vertebral eſt plus large dans la premiere vertebre que dans la ſeconde, dans la ſeconde que dans la troiſieme &c. &c.

LE BAS VENTRE.

La Cavité de l'abdomen eſt conſtamment plus grande que celle de la poitrine; elle s'étend depuis cette cavité juſqu'à l'origine de la queue ou trou de l'anus, & occupe le tiers, ou la moitié du corps. Les parties oſſeuſes, qui forment ſon enveloppe, ſont les *vertebres abdominales*, les *côtes* & les *os du baſſin.*

XL. LES VERTEBRES DE L'ABDOMEN.

PL. I. FIG. 1. E.E. *PL. II. FIG. 3. 4.*

Les Vertebres abdominales varient en nombre & en grandeur ſelon l'étendue de la cavité. On obſerve dans leur partie ſupérieure un trou, qui eſt la continuation du canal de la moële épiniere. Leurs apophyſes épineuſes ſont plus longues que celles des vertebres du thorax. Leurs apophyſes tranſverſes ſont beaucoup plus courtes, que leurs propres apophyſes épineuſes. Leur extrémité eſt obtuſe & recourbée vers la cavité de l'abdomen. On obſerve en outre ſur la partie inférieure du corps des trois ou quatre dernieres vertebres une arcade oſſeuſe, ſous laquelle rampent les principaux vaiſſeaux abdominaux.

XLI. LES COTES.

PL. II. FIG. 1. H. H. *FIG. 3.* C. C.

Les Côtes ſont des arcs oſſeux placés tranſverſalement & obliquement de devant en arriere ſur les parties latérales du ventre. Leur nombre eſt pareil à celui des vertebres abdominales; leur extrémité ſupérieure s'articule avec l'extrémité des apophyſes tranſverſes des vertebres. Elles ſont plus groſſes à cette extrémité & diminuent vers l'ex-

attenuantur. Hæc offa in quamplurimis pifcibus defiderantur, & tunc tranfverfi vertebrarum abdominalium proceffus & directione & longitudine ipforum vices fupplent.

XLII. OSSA PELVIS.

Tab. II. Fig. 1. M. *Fig. 7.* A.A.

Offa fic dicta fuere, quæ in homine & plurimis quadrupedibus abdominis cavum terminant, femoribusque connexionem præbent. Eodem etiam nomine defignabo ipfamet duo offa, quæ abdomini pifcium fuppofita, ipfius cavum tuentur. Scapulis quoad figuram, ufum, numerumque affinia funt. Plana enim, fæpius rhomboidæa, remota a fe invicem aut per marginem interiorem contigua, interdum fitu obliquo, feu inverfa, carinam abdominis efformant, aut planam ipfi fubfternunt bafim. Ipforum margini poftico annexæ funt pinnæ ventrales. Defunt hæc offa, dum pinnæ memoratæ nullæ, & etiam fi pinnæ jugulum aut thoracem occupent: fi prius, hæ pinnæ clavicularum pofticum marginem tenent; fi pofterius, fterno adhærent inter pinnas pectorales. Sin mavis, pinnæ ventrales claviculis fubjacent cum offibus pelvis, quæ fterni abfentis vices fupplent.

XLIII. CAUDA.

Tab. II. Fig. 1. G. G. G.

Reliqua columnæ vertebrarum offa ab ano ad extremum corpus protenfa caudam componunt. Sequentia annotantur inter abdominis caudæque vertebras difcrimina.

1°. Spinofos tranfverfosque tantum proceffus habent abdominales vertebræ; caudales e contrario quartum fpinofo procef-

ıité inférieure. Il eſt des poiſſons, qui n'ont point de côtes; mais ; les apophyſes tranſverſes des vertebres les ſuppléent par leur ueur & par leur direction.

XLII. LES OS DU BASSIN.

Pl. II. Fig. 1. M. *Fig. 7.* A.A.

;, qui dans tous les quadrupedes terminent la cavité du bas ventre, ɔnnent attache aux os de la cuiſſe, ont été appellés *os du baſſin.* ıs conſerverons le même nom à deux os, qui défendent les viſceres enus dans le bas ventre, & qui conjointement avec les côtes & ertebres forment cette cavité. Leur nombre, leur figure & leurs es ſont les mêmes que ceux des omoplates. Ils ſont plats, & me rhomboïdes, tantôt éloigné l'un de l'autre, ou ſe touchant leur bord interne. Dans certains poiſſons ils ſont tournés oblinent de bas en haut, & forment par là la carene du ventre: tanue dans d'autres ils ſont plaqués ſur le ventre. C'eſt au bord érieur de ces os que ſont attachées pour l'ordinaire les nageoilu ventre. Nous avons vu ailleurs, que tous les poiſſons n'ont ces nageoires, que d'autres les ont ſous le goſier, & d'autres ſous ıitrine; dans tous ces cas ces os manquent totalement, & l'inſerdes nageoires eſt différente; car dans le ſecond cas elles ſont hées au bord poſtérieur des clavicules; & dans le troiſieme elles fixées, ou articulées, ſur le bord poſtérieur du ſternum ou poientre les nageoires de la poitrine. L'on pourroit dire auſſi, dans ce cas-ci le ſternum ou poitral manque, & que les os du ı en font les fonctions.

XLIII. LA QUEUE.

Pl. II. Fig. 1. G.G.G.

ue s'étend depuis la terminaiſon de l'abdomen juſqu'à l'extrédu corps. Les os, qui la compoſent, ſont la continuation de ılonne vertébrale elle-même. Il eſt des différences très-ſenſibles ınſtantes entre ſes vertebres & celles de l'abdomen.

; vertebres abdominales n'ont que deux apophyſes tranſverſes ıe épineuſe. Les vertebres de la queue au contraire, outre ces

ſui oppoſitum cæteris aut longiorem aut æqualem. Apophyſis illa, ſive proceſſus, foramine ad baſim pervia, vaſa abdominis ex arcu vertebrarum abdominis infimarum memorato prodeuntia, intra proprium foramen quaſi ſinu excipit ad caudam uſque extremam.

2°. Duæ etiam in quibusdam loco unius occurrunt apophyſes, baſi non perviæ, ſed apicibus ſuis conniventes, canalem non abſimilem vaſis abdominalibus excipiendis aptum efficiunt. Interdum etiam abdominalium ultimarum caudaliumque omnium vertebrarum apophyſes tranſverſæ ſcinduntur bifariam, ramum unum extrorſum, alterum vero introrſum protendentes.

Caudalium vertebrarum ultima *Tab. II. Fig. 1.* L. *Fig. 5.* A. verticaliter ſita cathetoplatea, ex omni ambitu crenata, pinnæ caudalis radios anneĉtit. Hæc cæteris omnibus major & latior eſt, ſæpius triangularis. Excipiendi tantum piſces, quorum cauda aut acuta, aut apterygia dicitur: uti *Anguillæ* &c.

XLIV. OSSA INTERSPINOSA.

Tab. II. Fig. 1. I. I. I. K. K.

Pinnas, ſeu artus, conſtituunt oſſicula inter membranam conduplicatam latentia, *Tab. II. Fig. 1.* Q. Q. Q. R. R. R.; peĉtorales pinnæ ſcapulis, ventrales oſſibus pelvis, caudalis ultimæ vertebrarum affiguntur; quænam oſſa dorſalem analemque pinnam ſuſtinent, nunc inquirendum.

apophyſes, en ont une quatrieme diamétralement oppoſée à
phyſe épineuſe & qui ſe trouve aſſez conſtamment ou la plus
ue ou égale aux autres. Cette apophyſe eſt percée à ſa baſe d'un
, qui ſert à loger les vaiſſeaux abdominaux, qui viennent de l'ar-
oſſeuſe des deux ou trois dernieres vertebres du bas ventre.

ıs quelques ſujets au lieu d'une apophyſe il y en a deux, & qui ne
pas percées de leur baſe, mais en ſe rapprochant l'une de l'autre
leur extrémité, elles forment tout de même un canal pour les
ſeaux abdominaux, dont nous avons déjà parlé. Il arrive auſſi
lquefois, que les apophyſes tranſverſes des dernieres vertebres
ventre & de toutes celles de la queue ſe bifurquent, de maniere
ne branche regarde en travers, tandis que l'autre ſe recourbe
l'intérieur du corps.
tebre qui termine la queue *Pl. II. Fig. 1.* L. *Fig. 5.* A. n'eſt pas
ours la plus petite, comme ſemble l'annoncer la diminution gra-
le des autres, qui compoſent la colonne. Cet os eſt au contraire le
grand, & d'une largeur relative à la nageoire de la queue. Il eſt
é verticalement, aplati par les côtés, & preſque triangulaire.
bord poſtérieur eſt crenelé, pour donner une inſertion ou attache
acun des oſſelets, qui compoſent la nageoire de la queue. Mais
s les poiſſons, qui, comme des *Anguilles*, n'ont à proprement
er aucune nageoire à la queue, cet os eſt le plus petit de tous.

XLIV. LES OS INTERÉPINEUX.

Pl. II. Fig. 1. I. I. I. K. K.

ageoires ſont, comme on l'a vu en ſon lieu, des parties ou mem-
s du poiſſon, formées par une quantité d'oſſelets (*Pl. II. Fig. 1.*
Q. Q. R. R. R.) enfermés dans la duplicature d'une membrane. Nous
ns dit, que les nageoires de la poitrine ſont attachées aux omo-
es, celles du ventre aux os du baſſin, & celles de la queue à la
niere vertebre du corps; il nous reſte à connoître les os, qui ſer-
t de baſe à celles du dos & de l'anus.

OSSA INTERSPINOSA PINNÆ DORSALIS. I. I. I.

Hæc ossa intra corporis substantiam non secus ac apophyses vertebrarum spinosæ occultantur; apice inferiori acuto, superiori majore crassiore inæquali utplurimum malleiformi: in quibusdam plana, in aliis lanceolata, cultrata, ensiformia aut tetragona. Apophysibus spinosis interjecta & parallela, ipsis partim aut omnino adhærent mediante ligamento, & ita sita sunt, ut facies ipsorum posterior processuum spinosorum faciei anteriori respondeat. Talis ligamenti adminiculo moventur ossa hæc oblique a posteriori ad anticam corporis partem, jam superiori extremitate ad anterioris vertebræ processum spinosum accedente, & inferiore extremitate versus posterioris vertebræ apophysem spinosam recedente, fit ut talia ossa parallelismum vertebralium processuum oblique paululum secent. Obstat autem talis situs, quominus amplior fiat pinnæ expansio, & a validiori musculorum contractione lædatur membrana pinnarum radios obvestiens. Jam vero extremum inferius officulorum, quibus constant pinnæ ipsæmet, jungitur extremitati superiori ossium interspinosorum numero tamen quandoque diverso. In quibusdam enim officulum pinnæ quodlibet suo cuique ossi interspinoso affigitur, dum in aliis officula pinnarum duo aut tria, unius ossis interspinosi capiti affiguntur.

OSSA INTERSPINOSA PINNÆ ANI. K. K. K.

Modo dicta debent quoque intelligi de ossibus, quibus sustinetur pinna analis; non tamen idem est ipsorum numerus ob minorem hujusce pinnæ amplitudinem. Differunt etiam ab officulis interspinosis dorsi, quod, dum moventur, cujuslibet extremitas inferior accedat ad interioris vertebræ spinosam apophysem, dum extremitas interna, & superior retrocedit ver-

LES OS INTERÉPINEUX DES NAGEOIRES DU DOS. I.

Ces os sont placés dans l'épaisseur du corps, dans le même sens que les apophyses épineuses des vertebres, auxquelles ils sont paralleles. Leur extrémité inférieure est pointue, la supérieure est fort inégale, plus grosse que l'inférieure, & ressemble pour l'ordinaire à un marteau. Ils sont plats dans certains poissons, dans d'autres ils sont faits en lancette, en couteau, en épée ou à quatre angles. Ils s'attachent en tout ou en partie aux apophyses épineuses par un ligament, de maniere que leur face postérieure est presque collée sur la face antérieure de l'apophyse. C'est à la faveur de ce ligament que chacun de ces os peut se mouvoir de la queue à la tête, ensorte que leur extrémité inférieure s'approche de l'apophyse épineuse de la vertebre postérieure, tandis que leur extrémité supérieure s'en éloigne pour s'approcher de derriere en devant vers l'apophyse épineuse de la vertebre antérieure. Dans ce mouvement ils changent donc de direction, & coupent un peu obliquement le parallélisme des apophyses épineuses. Cette situation empêche que la nageoire ne soit trop déployée, & que la membrane, qui lie les osselets ou rayons des nageoires, ne soit déchirée par une trop grande contraction des muscles. Les rayons, qui composent les nageoires, sont articulés par le bas à l'extrémité supérieure de chacun de ces os. Mais le nombre de ceux-ci ne répond pas toujours à celui des rayons de la nageoire, c'est-à-dire que dans certains poissons chacun des rayons est articulé à un os, tandis que dans d'autres un seul os reçoit sur les inégalités de son extrémité supérieure deux ou trois rayons de la nageoire.

LES OS INTERÉPINEUX DE LA NAGEOIRE DE L'ANUS K.

Ce que nous venons de dire des os, qui soutiennent les nageoires du dos, doit s'entendre de ceux, qui servent de point d'appui à la nageoire de l'anus. Il faut pourtant observer, que cette nageoire étant plus petite que celle du dos, le nombre des os, qui la soutiennent, est aussi plus petit, & que dans l'érection de la nageoire c'est leur extrémité supérieure qui s'approche de l'apophyse épineuse de la vertebre postérieure, tandis que son extrémité inférieure s'approche

versus spinosam posterioris vertebræ apophysem, & proinde paululum oblique secatur spatium spinosis apophysibus interjectum.

In quibusdam piscibus, hæc ossa dorsi anique oblique antrorsum sita sunt, & directionem mutant, accedente pinnarum erectione; recta tunc fiunt, & spinosis apophysibus parallela.

In aliis, ut sunt *Pleuronectes*, *Rhombi*, ossicula interspinosa dorsi & ani multo numerosiora sunt & per paria apophysibus vertebrarum ita annexa, ut ipsarum quælibet ossiculum unum antrorsum, alterum retrorsum gerat.

Elucescit ex jam dictis, quænam sit ossium piscis sceletum constituentium structura, numerus, usus; quodnam inter compagem osseam hujuscemodi & humanam occurrat discrimen; quomodo alterum in piscibus os alterius vices gerat; sequitur, ut organa expediamus, quibus peragitur ipsorum & partium omnium appensarum motus.

§. V. MUSCULI.

Instrumenta varia, quæ in corpore animali motus exercent, ab Anatomicis *Musculi* dicta fuere. Constant *fibrarum* fasciculis, partim rubris, partim exalbidis, communi membrana involutis. Tales simul annexæ fibræ præbent musculi carnem & ipsius tendinem.

Musculus quilibet contractionis & relaxationis capax; *contractus* decurtatur, inflatur, rugosus & durus evadit: *relaxatus* e contrario elongatur, deprimitur, mollescit, ad pristinum statum redit. Si prius, extremitas musculi altera ad alteram accedit, tendine mere passivo, immutato; dum pars carnosa præfatas experitur mutationes. Horum phænomenorum causas inquirere hujus loci non est.

de derriere en devant vers l'apophyſe épineuſe de la vertebre antérieure, & coupe obliquement le parallélisme des apophyſes épineuſes.

Dans quelques poiſſons ces os interépineux, tant au dos, qu'à l'anus, ſont ſitués un peu obliquement de derriere en devant, de ſorte que dans l'érection des nageoires, ils changent de direction, deviennent droits & paralleles aux apophyſes épineuſes.

Dans d'autres, comme les *Soles*, le nombre de ces os eſt plus conſidérable; ils ſont attachés par paires à chaque apophyſe épineuſe des vertebres, l'un ſur la face antérieure, l'autre ſur la face poſtérieure d'une même apophyſe.

L'on a vu par l'expoſé, que je viens de faire, quelle eſt la ſtructure, la diverſité, le nombre, l'emploi des os, qui compoſent le ſquelette du poiſſon, comment ils ſe ſuppléent les uns les autres, & la différence qu'il y a entre leur ſquelette & celui de l'homme. Voyons actuellement, quels ſont les agents, qui meuvent ces os, ou, ce qui eſt la même choſe, quelles ſont les parties, qui donnent le mouvement.

§. V. *LES MUSCLES.*

On ſçait que les différents mouvements des animaux ſont exécutés par des organes, que les Anatomiſtes appellent *Muſcles*. Ces muſcles ne ſont autre choſe qu'un aſſemblage de paquets de fibres charnues, en partie rouges, en partie blanchâtres, enveloppés d'une membrane commune. La premiere de leurs portions eſt appellée *portion charnue* du muſcle, la ſeconde eſt la tendineuſe ou *tendon*.

Chaque muſcle ainſi compoſé eſt ſuſceptible de *contraction* & de *relâchement*; en ſe contractant, il ſe gonfle, ſe durcit, ſe ride & ſe raccourcit; en ſe relâchant il s'affaiſſe, s'allonge & revient à ſon premier état de molleſſe. Dans le premier de ſes changemens une extrémité du muſcle s'approche de l'autre, avec cette différence, que le tendon paroit tres-paſſif, & que la portion charnue ſemble ſeule éprouver ces changemens. Ce n'eſt point ici le lieu d'expliquer la cauſe de ces phénomenes.

In variis muſculis non eadem occurrunt figura, numerus, magnitudo, non eadem ſtructura, ſitus, connexio, proindeque nomina varia ſortiuntur.

Simplex exhibet fibras juxta eandem ſeriem aut parallelifmum diſpoſitas; *compoſitus* vero diverſos fibrarum ordines, minus magisve divergentes. Vim addit muſculis fibrarum quantitas, & ad motum facit ipſarum longitudo varia.

Ex horumce organorum actione moventur partes corporis ſolidæ, molles, liquidæ: ex corrugatione & decurtatione muſculi mobilior pars ad alteram minus mobilem accedit; aut ambæ ſibi invicem pari paſſu approximantur, ſi mobiliores æque fuerint. Sicuti autem ex actione muſculorum ſimultanea præpediri poteſt partis dimotio, alii *congeneres*, alii *antagoniſtæ* appellantur. Congeneres motum eundem exercent, cui antagoniſtæ obſtant; & ſi agat ſimul utrumque muſculorum genus pars facta immobilis *actionem tonicam* experitur.

Modo memorata intelligenda ſunt de muſculis, qui in variis animalibus deteguntur. Nunc ad muſculos piſcium pedem promoveamus, miſſis aliis, eos tantum rimabimur qui natationi inſerviunt.

XLV. MUSCULI LATERALES.

Tab. III. Fig. 1. A.

Sic vocare placuit duos muſculos maximos a capite ad caudam lateraliter corpus integrum obtegentes, eorum quilibet e plurimis muſculis minoribus tranſverſis, ſimilibus, parallelis, arcuatis, & quaſi infractis, efformari videtur: utque muſculi maximi eluceſcat deſcriptio, partem ipſius, ſeu ſeriem tranſverſam, pro muſculo minori habere & ſeorſim delineare oportet.

Huncce minorem muſculum componunt pars una *carnea*, *Tab. III. Fig. 1.* A, duoque *tendines* C. C. *caro* medium occupat, arcuatur, & ſua convexitate caput, concavitate caudam pi-

Les muſcles varient beaucoup en nombre, figure, grandeur, direction, ſituation, ſtructure, connexion, & prennent différents noms à raiſon de toutes ces différences.

Le muſcle *ſimple* eſt celui, dont toutes les fibres ſont placées dans un même plan ; il eſt *composé*, ſi les fibres offrent différentes ſéries plus ou moins divergentes les unes des autres. Leur force dépend de la quantité des fibres, dont ils ſont composés, & leur mouvement de la longueur ou grandeur de ces mêmes fibres.

Leur uſage eſt de mouvoir tant les parties molles & liquides, que les parties ſolides. Par leur contraction ils approchent la plus mobile de celle qui l'eſt moins; & ſi les parties ſont également mobiles, elles s'approchent également l'une de l'autre. Mais comme l'action ſimultanée de pluſieurs muſcles peut empêcher le mouvement de la partie, qui doit être mue, on les diſtingue en *congéneres* & en *antagoniſtes*. Les congéneres concourent au même mouvement ; & les antagoniſtes s'y oppoſent de maniere, que s'ils viennent à ſe contracter à la fois, & qu'ils ſoient égaux en force, la partie reſtera dans ſon état naturel par un mouvement appellé *tonique*.

Ce que nous venons de dire doit s'entendre des muſcles des différens animaux. Paſſons à l'examen particulier de ceux qu'on obſerve chez les poiſſons; nous ne décrirons que ceux qui leur ſervent à nager.

XLV. LES MUSCLES LATÉRAUX.

PL. III. FIG. 1. A.

Nous appellons ainſi les deux muſcles, qui couvrent entiérement les deux côtés du poiſſon & vont de la tête à la queue : chacun d'eux paroit composé de pluſieurs muſcles tranſverſes, ſemblables, paralleles, qui par leur raſſemblage offrent pluſieurs chevrons. Pour mieux entendre la ſtructure de ces deux muſcles, il faut décrire ſéparément une ſeule ſérie ou plan de fibres, que nous regarderons comme un petit muſcle tranſverſe.

Chacun d'eux eſt composé d'une portion charnue, *Pl. III. Fig. 1.* A, & de deux portions tendineuſes *Pl. III. Fig. 1.* C. C. La portion charnue occupe le milieu du muſcle; elle eſt arquée, tournant ſa convexité

ſcis reſpicit. Tendines longiores ſunt, minus arcuati; in extremo acutiores, & corpus oblique ſecant; diſpari, ac pars carnea, ratione, convexitas ipſorum caudam piſcis, concavitas caput ſpectat. Eo modo ſiti ſunt omnes hi minores muſculi ſimul juncti, ut pars quælibet carnea antrorſum excipiatur a cavitate muſculi anterioris, & retrorſum excipiat muſculi poſterioris convexitatem. Tendines dorſi ventriſque marginem non attingunt, ſed antrorſum incumbunt ſibi invicem, & ſeſe mutuo tegunt, non ſecus ac pars carnea. Sulcum, ſupra dorſum, infraque caudam, a mutuo concurſu efformant, quem tenent muſculi, de quibus infra.

Varii hi minores muſculi extus tenui membrana annectuntur, quæ inter ipſos vix lineam penetrat; intus adhærent coſtis vertebriſque, & ſupracoſtalium ſupervertebraliumque vices ſupplent.

Ex his liquet, quod muſculus lateralis integer ſolus corpori flexiones in latus utrumque exercet: contractus enim muſculus ſiniſter abbreviatur, & caudam arcuatim caput verſus flectit; quæ flexio fiet in latus alterum a contracto muſculo dextro. Iteratis ergo muſculorum alterutrius contractionibus, undequaque flectetur corpus, quod ſimul agentibus muſculis rigeſcet; aut paſſive ſeſe habentibus, ſtatum nativum retinebit. Quid vero per *lineas interſtitiales* intelligi voluerint Ichthyologi, nunc explicandum. Hæ ſunt lineæ infractæ, corpus tranſverſum ſecantes varios minores muſculos diſtinguentes, a membrana ipſos alligante enatæ. Conſpicuæ admodum in alepidotis, & tot quot ſeries variæ minores in uno majori muſculo; unde recte dijudicaverant Cl. ARTEDI, LINNÆUS, lineas interſtitiales lineæ laterali non eſſe parallelas.

vers la tête, & sa concavité vers la queue. Les deux tendons sont plus longs, moins arqués, plus étroits vers leur extrémité, & coupent obliquement la largeur du corps en allant de la tête à la queue. Leur direction est opposée à celle de la portion charnue; leur convexité regarde la queue, & leur concavité regarde la tête. La position de ces petits muscles est telle, que la convexité de chaque portion charnue occupe la concavité de celle du petit muscle qui précede, & que sa concavité est remplie par la convexité de celui qui suit, ainsi du reste. Les tendons de tous ces petits muscles n'aboutissent pas au dos & au ventre; ils s'adossent les uns aux autres, & se recouvrent de la même maniere que les portions charnues. Ils laissent entre eux, tant sur le dos que sous le ventre, un sillon, qu'occupent des muscles, dont nous parlerons ailleurs.

Ces différens plans de fibres, ou, si l'on veut, ces différens petits muscles, sont séparés à la surface par un tissu aponevrotique très-mince qui ne pénetre pas entre eux de la profondeur d'une ligne. Ils adherent intérieurement aux côtes & aux vertebres, & tiennent lieu de muscles surcostaux & survertebraux.

C'est ce muscle latéral qui seul opere les différentes flexions du corps: lors que celui du côté gauche se contracte, chaque portion charnue se raccourcit & approche la queue de la tête en lui faisant décrire une courbe: la même chose arrive du côté opposé par la contraction de l'autre muscle: & de leur contraction alternative sera fléchi tantôt d'un côté, tantôt de l'autre; & tout au contraire, par l'inaction ou par la contraction simultanée de ces deux muscles, le corps sera roidi, ou restera dans son état naturel. C'est ici le cas d'expliquer ce que les Auteurs ont entendu par la *ligne interstitiale*. Ces lignes qui sont brisées, à bâton rompu, coupent transversalement le corps, & sont formées par le tissu, qui sépare le muscle latéral en autant de petits muscles. Elles sont très-apparentes dans les poissons qui n'ont point d'écailles, & par conséquent il y en aura autant que de différens plans de fibres ou de petits muscles. Les célébres ARTEDI & LINNÉ avoient donc raison de dire, que les lignes interstitiales ne sont point paralleles à la ligne latérale.

XLVI. MUSCULI PINNÆ CAUDALIS.

TAB. III. FIG. 1. D. E. F. G. H.

Musculus lateralis quilibet antice clavicularum margini postico adhærens, tanquam basi propriæ, postice ultimo ossi vertebrali caudæ affigitur, ibique prius quatuor speciales exhibet musculos minores, superiores tres, inferiorem unum. E superioribus *rectus* unus, F, *obliqui* duo, D, E, a parte postica se decussant. *Obliquus superior* D dorsi extremi carinam tenet, oblique pinnæ caudalis medietatem attingit; *Obliquus inferior*, E, a media postica majoris musculi parte ortus, oblique sursum caudæ supremum petit marginem, radiisque exterioribus annexus, caudalem pinnam sursum diducit expanditque. *Obliquos* inter mediat *rectus*, F, & cum *obliquo superiori* radios caudales medios retinere valet. Quartus, G, in media & infima caudæ extremæ regione situs, partim pinnæ caudali medietatem, partim ipsius marginem inferum possidet, pinnamque deorsum expandit, mediosque ipsius radios coercet.

PINNÆ CAUDALIS *CONSTRICTORES* MUSCULI.

TAB. III. FIG. 1. H. H.

Jacent transversim plus minusve, radiorum caudalium basi annexi; hi sunt numero quatuor, bini utrinque, alter superam pinnæ medietatem, alter inferam occupat. *Superior* margini supero pinnæ, *inferior* margini infero adnascitur. Tendines ipsorum in medio pinnæ coalescentes musculum digastricum quodammodo exhibent; dum contrahuntur, pinnam priorum musculorum actione expansam, constringunt.

XLVI. LES MUSCLES DE LA NAGEOIRE DE LA QUEUE. *Pl. III. Fig. 1.* D. E. F. G. H.

hacun de ces deux muſcles latéraux eſt attaché par ſon extrémité antérieure au bord poſtérieur des clavicules; on peut même regarder cette attache comme leur point fixe. L'extrémité poſtérieure va s'attacher à l'os, qui ſoutient la nageoire de la queue, & donne quatre différens plans de fibres, qu'on peut regarder comme quatre muſcles particuliers, dont trois ſont ſupérieurs & un inférieur. Des trois ſupérieurs l'un eſt *droit* F, les autres deux ſont obliques, D, E, & ſe croiſent vers leur extrémité poſtérieure. L'*oblique ſupérieur*, D, s'attache ſur la crête du dos, & deſcend obliquement vers le milieu de la nageoire de la queue; l'*oblique inférieur*, E, prend ſon origine vers la partie moyenne de l'extrémité du grand muſcle latéral, & ſe porte obliquement de bas en haut vers la partie ſupérieure de la nageoire de la queue pour s'attacher à la baſe de ſes premiers rayons. C'eſt l'érecteur & un des dilatateurs de la queue. Le *muſcle droit*, F, eſt placé entre les deux obliques, & conjointement avec l'oblique ſupérieur, tire ou bande les rayons du milieu de la nageoire. Le quatrieme muſcle, G, occupe la moitié inférieure de l'extrémité de la queue; quelques unes de ſes fibres s'attachent aux rayons du milieu de la nageoire; d'autres s'attachent à ſon bord inférieur. Celui-ci dilate la nageoire en la tirant par deſſous, & retient auſſi les rayons du milieu de la nageoire.

LES MUSCLES CONSTRICTEURS DE LA NAGEOIRE DE LA QUEUE. *Pl. III. Fig. 1.* H. H.

es muſcles ſont ſitués plus ou moins obliquement, ou tranſverſalement. Ils ſont attachés à la baſe des rayons de la nageoire, au nombre de quatre, deux de chaque côté, l'un ſupérieur, l'autre inférieur. Chacun d'eux occupe la moitié de la partie latérale de la nageoire. L'extrémité ſupérieure de l'un, & l'extrémité inférieure de l'autre s'attachent aux deux bords de cette même nageoire. Leurs tendons ſe rencontrent au milieu de la nageoire, & leur donnent la forme d'un muſcle digaſtrique, qui en ſe contractant reſerre la queue, que les autres muſcles ont dilatée.

XLVII. PINNARUM PECTORALIUM MUSCULI. *Tab. III. Fig. 2. 3.* A. B.

Quatuor in pinna quapiam reperire eſt; *erectores* ſeu ſupra-ſcapulares duos, *depreſſores* ſeu infra-ſcapulares totidem. *Erectores* duo clavicularum & ſcapularum faciem externam tegunt: ſuperior *Fig. II.* A, deltoidæus, cavitatem poſticam claviculæ occupans, ad medium oſſis iſtius deſcendens, ſerie fibrarum horizontali baſim pinnæ integram emetitur; inferior, *Fig.* 2. B, longior eſt, arcuatus, partem mediam & infimam cavitatis clavicularum ſemi-circularis, ſcapulas etiam obveſtiens, ſurſum oblique aſcendens infra congenerem ſuperiorem, in ſuperam & exteriorem pinnæ partem inſeritur.

Depreſſores duo *Fig. III.* A. B, ſcapulæ & claviculæ ſubjacent: inferior *Fig. III.* B. ſedem & directionem easdem obtinet, quas erector inferior, & margine infero, ſed externo ejusdem pinnæ terminatur; ſuperior contra *Fig. III.* A, oblique retrorſum tendens, partim inferiori ſubjectus, margini interno baſeos ejusdem pinnæ affigitur.

Attendenti cuilibet modum, quo loco ſuæ inſertionis in pinnæ baſim decuſſantur præfati muſculi, patebit, *erectores*, *Fig. II.* A. B, pinnam dilatare, *depreſſores* vero, *Fig. III.* A. B. ipſam coarctare.

XLVIII. PINNARUM VENTRALIUM MUSCULI. *Tab. III. Fig. 4. & 5.*

In qualibet pinna tres deteguntur, *erector* unus, *depreſſores* gemini.

Erector, *Fig. IV.* A, oblongus, triceps eſt & oſſium pelvis faciem externam inveſtit: extremum anterius acutum, poſterius vero tricuſpidatum ſeu tendine triplici terminatur. Pars tendinis hujuſcemodi interna *Fig. IV.* B, ligamento tranſverſali, E, pinnam utramque annectenti ſub-oblique affigitur,

XLVII. LES MUSCLES DES NAGEOIRES PECTORALES. *Pl. III. Fig.* 2. & 3. A. B.

On en compte quatre pour chacune, ſçavoir deux *érecteurs* & deux *abbaiſſeurs*. Les érecteurs ſont placés ſur la face externe des clavicules & des omoplates; l'un ſupérieur, l'autre inférieur: le ſupérieur eſt un muſcle deltoïde, *Fig.* 2. A. qui remplit la cavité demi-circulaire de la face poſtérieure des clavicules, & deſcend juſqu'à leur partie moyenne; de là il ſe porte horizontalement de devant en arriere, & s'attache ſur toute la baſe de la nageoire; l'inférieur, *Fig. II.* B, eſt plus long, arqué, & occupe la partie moyenne inférieure de la cavité demi-circulaire des clavicules; il s'étend de là ſur les omoplates, & paſſant ſous le muſcle ſupérieur, ſon congénere, va s'attacher à la partie ſupérieure externe de la baſe de la nageoire.

Les deux *abbaiſſeurs*, *Fig. III.* A. B. ſont placés ſous l'omoplate & ſous la clavicule: l'inférieur, B, obſerve à la face interne de ces os la même direction & la même ſituation, que ſon antagoniſte à la face externe, & va s'attacher à la partie ſupérieure interne de la baſe de la nageoire.

Si l'on fait attention à la maniere, dont ces muſcles, tant érecteurs, qu'abbaiſſeurs, ſe croiſent à l'endroit de leur inſertion à la nageoire, on verra que les deux érecteurs *Fig. II.* A B. ſont dilatateurs, comme les abbaiſſeurs, *Fig. III.* A, B, ſont reſſerreurs.

XLVIII. LES MUSCLES DES NAGEOIRES DU VENTRE. *Pl. III. Fig.* 4. & 5.

Ils ſont au nombre de ſix, trois pour chaqu'une, ſçavoir un *érecteur* & deux *abbaiſſeurs*.

L'*érecteur* eſt un muſcle triceps, *Fig. IV.* A, oblong, placé ſur toute la face externe des os du baſſin: ſon extrémité antérieure eſt pointue; la poſtérieure ſe diviſe en trois portions tendineuſes. La premiere de ces portions *Fig. IV.* B, eſt attachée en partie à la baſe de la na-

nec non radiis interioribus; portio media *Fig.* 4. C, medietatem basis pinnæ occupat; tertia, seu exteriour portio *Fig.* 4. D, a media deflectens ad externum baseos pinnæ marginem oblique excurrit.

Inde a contractione musculi integri erigitur pinna, & caput versus accedit ope tendinis medii, dum ipsam quoque in sensus contrarios extendunt & ampliant tendines exterior interiorque. Ergo ratione habita insertionum, hi duo musculi erectores *Fig.* 4. A. A, etiam veluti dilatatores habendi sunt.

Depressores *Fig.* 5. A. B, oblongi, internæ faciei ossium supradictorum applicantur, in utraque pinna gemini, & sese mutuo decussantes. Priores *Fig.* 5. A. A, aliis super impositi, & invicem paralleli, antice acuti, ipsos longitudinaliter ad dimidium tegunt; in toto tractu convergunt, postice deflectunt a se invicem, ac in basim internam & integram pinnæ cujuslibet inseruntur. Cæteri duo latiores sunt *Fig.* 5. B. B, & prioribus ossibusque interpositi, ossium faciem interiorem tegunt; hos oblique & retrorsum convergentes partim tegunt depressores duo memorati.

Hi ergo quatuor musculi *Fig.* 5. A. A. B. B, pinnam corpori apprimunt; & ipsorum duo priores videntur congeneres erectorum, quorum scilicet tendines exteriores *Fig.* 4. D, pinnam ampliant.

In piscibus jugularibus thoracicisque erectores duo claviculatorum inferum marginem tenent, maxillamque inferiorem diducere & ampliare valent: in aliis piscibus, pars antica & infera musculorum lateralium talia munia implent.



geoire, & en partie au ligament tranſverſe E, qui la lie à l'autre; la ſeconde portion *Fig.* 4. C, occupe le milieu de la baſe de la nageoire; & la troiſieme *Fig.* 4. D, s'écarte un peu de la portion moyenne pour s'attacher obliquement au bord externe de la baſe de la nageoire.

Dans la contraction du muſcle, le tendon du milieu releve la nageoire, & l'approche de la tête; tandis que les deux tendons latéraux l'étendent dans deux ſens oppoſés. On doit donc, vu leurs différentes inſertions, regarder ces deux muſcles *Fig.* 4. A. A, comme érecteurs & dilatateurs.

Les *abbaiſſeurs*, *Fig.* 5. A. B. ſont des muſcles oblongs, placés ſur la face interne des os du baſſin, deux pour chaque nageoire, poſés l'un ſur l'autre, mais ayant une direction différente. Les deux premiers, qui ſe préſentent, ſont étroits vers leur origine *Fig.* 5. A. A, adoſſés l'un à l'autre preſque dans tout leur trajet, & couvrent en long & par moitié les deux muſcles inférieurs: ces deux muſcles ſont convergents de derriere en devant, & s'écartants par leur extrémité poſtérieure, s'attachent à tout le bord interne de la baſe des nageoires. Les deux autres muſcles *Fig.* 5. B. B, ſont plus larges, & recouvrent en entier la face interne des os du baſſin; ils ſont convergents de devant en arriere, recouverts en partie, & longitudinalement par les deux congéneres, que nous venons de décrire, & ont les mêmes attaches.

On voit par cet expoſé, que ces quatre muſcles *Fig.* 5. A. A, B B, ſervent à appliquer la nageoire contre le corps: il paroit cependant que les deux premiers ſont en partie congéneres des muſcles releveurs, dont les tendons extérieurs *Fig.* 4. D, peuvent dilater la nageoire.

Dans les poiſſons jugulaires & thorachiques les deux érecteurs ſont attachés au bord inférieur des clavicules, & peuvent dilater ou abbaiſſer la mâchoire inférieure: dans d'autres poiſſons c'eſt la partie inférieure & antérieure des muſcles latéraux qui les remplace.

XLIX. MUSCULI CARINALES DORSI & CAUDÆ.

Tab. III. Fig. 1. I. K. L.

Sulcum longitudinalem in dorſo a mutua lateralium muſculorum applicatione efformatum occupant muſculi teretes paralleli, qui ob defectum numerumque pinnarum dorſi deſunt aut numeroſiores ſunt. Ipſorum enim par unicum occurrit, a nucha ad caudam extenſum, ſi dorſum apterygium; in piſcibus dorſo monopterygio, par unum *Tab. III. Fig. 1.* I. a nucha ad pinnam, alterum par *Tab. III. Fig. 1.* K, a pinnæ poſtica parte ad caudam tendit; paria tandem tria reperiuntur, ſi dorſum dipterygium, quorum primum a nucha ad anticam pinnam, alterum pinnis interjacet, tertium tandem a pinna ultima ad caudæ pinnam excurrit. Poſteriores horumce muſculorum extremitates, in primos pinnarum dorſi caudæque radios inſeruntur.

Inferi muſculorum lateralium margines infra caudam ſulcum ſimilem ac in dorſo exhibent: hunc a pinnæ ani fine ultimo ad caudæ baſim tenent muſculi duo, *Tab. III. Fig. 1.* L, dorſalibus ſimiles.

Inde ſequitur quod muſculi carinales dorſi & ani eo longiores aut breviores ſunt, quo major datur in pinnis radiorum numerus: deſunt etiam in ipſis, quando pinna dorſalis a nucha ad caudam excurrens caudali analique unitur, & corpus una ambit, in *Congris, Ophidio.*

Hi omnes neque capitis neque pinnarum erectores vocandi ſunt; ratio eſt, quod motu vix ullo donatur caput, & pinnæ ſuos habent peculiares muſculos; ſpectata tamen ipſorum inſertione, muſculorum propriorum, quibus moventur pinnæ dorſi & caudæ, auxiliatores eſſe non abſonum eſt.

XLIX. LES MUSCLES DE LA CARENE DU DOS & DE LA QUEUE.

Pl. III. Fig. 1. I. K. L.

Les mufcles de la carene du dos, dont des mufcles grêles, adoffés l'un à l'autre, qui rempliffent le fillon, ou efpace longitudinal, que forment fur la crête du dos les deux mufcles latéraux; leur nombre varie fuivant le manque ou le nombre des nageoires du dos. Dans les poiffons, qui n'ont pas de nageoire dorfale, l'on n'en trouve qu'une paire, qui partant de la nuque va fe terminer à la racine de la nageoire de la queue: dans ceux, qui ont une feule nageoire, il y a deux paires de mufcles, la premiere paire, *Pl. III. Fig. 1.* I, occupe l'efpace entre la nuque & la nageoire, la feconde paire eft placée depuis l'extrémité de la nageoire jufqu'à celle de la queue *Pl. III. Fig. 1.* K: enfin s'il y a deux nageoires dorfales, il y a trois paires de mufcles, fçavoir une paire entre la premiere nageoire & la feconde, une paire entre les deux nageoires, & la troifieme paire entre la feconde nageoire & celle de la queue. L'infertion poftérieure de ces mufcles eft aux premiers rayons des nageoires du dos & de la queue.

Les deux grands mufcles latéraux forment fous la queue le même fillon que fur le dos; il eft rempli par une paire de mufcles, *Pl. III. Fig 1.* L. femblable à ceux du dos, qui d'un côté font attachés au dernier offelet de la nageoire de l'anus, & poftérieurement à ceux de la queue.

Il refulte de tout ce que nous venons de dire, que ces mufcles tant de la carene du dos que de celle de la queue, font plus ou moins longs fuivant la quantité des rayons de ces mêmes nageoires; & qu'ils manquent totalement, lorfque, comme dans les *Congres*, *Donzelles*, les nageoires du dos & de l'anus vont fe confondre avec celle de la queue, & femblent n'en faire qu'une feule, qui entoure le corps.

Aucun de ces mufcles ne fçauroit être regardé comme releveur propre de la tête ou des nageoires, puifque cette premiere partie n'eft pas fenfiblement mobile dans les poiffons, & que les nageoires ont leurs mufcles propres: on peut cependant, vu leur infertion, les regarder comme des auxiliaires des releveurs des nageoires du dos & de la queue.

L. MUSCULI PROPRII INTERSPINOSI.
Tab. III. Fig. 6. A. B,

Propriorum nomine ipſos indigitamus, quibus debentur erectio & depreſſio pinnarum dorſi ac ani: radiis pinnarum & oſſibus interſpinoſis communes, bis gemini in quolibet oſſe interſpinoſo & radio pinnarum ſingulo; ex his *erectores* alii, alii *depreſſores*. Priores *fig. 6.* A., teretes, geminati, faciem anticam oſſis interſpinoſi tegentes, ſuperne in baſim radii pinnarum inſeruntur. *Depreſſores* duo *fig. 6.* B, minores & breviores ſunt, in utroque latere oſſis interſpinoſi cujuslibet poſiti, oblique poſticam radii cujuslibet baſis partem petunt.

Hi ergo tum *erectores*, tum *depreſſores*, quadruplo numeroſiores ſunt oſſibus interſpinoſis aut pinnarum radiis: deſunt contra in piſcibus, quorum dorſum apterygium eſt.

LI. MUSCULI MEMBRANÆ BRANCHIALIS.

Muſculos omnes a Cl. Duverney deſcriptos recenſere non ſuſcipio, & præfatæ membranæ dilatatorem, quem ſolum clarius videre contigit, tantummodo deſcribam. Minimus eſt, antica ſui parte oſſi maxillæ inferioris & oſſi hyoïdi affixus, oblique retrorſum aſcendens, in membranæ branchialis radium quemlibet tendinem peculiarem emittit.

Musculorum jam deſcriptorum uſus varios, variaque munia evincunt ſequentia experimenta, ac ſequentes obſervationes. Attendamus itaque ad modum, quo tum in ſtatione, tum in motu natatorio ſe gerit piſcis: exemplo ſuit *Cyprinus*.

L. LES MUSCLES PROPRES INTERÉPINEUX.
Pl. III. Fig. 6. A. B.

Nous appellerons ainſi des muſcles, qui n'ont d'autre uſage que celui de relever & d'abbaiſſer les nageoires du dos & de l'anus: ils ſont communs aux os interépineux & aux rayons des nageoires, au nombre de quatre pour chacun d'eux, ſçavoir deux antérieurs ou *érecteurs*, & deux latéraux ou *abbaiſſeurs*. Les *érecteurs fig. 6.* A, ſont de petits muſcles grêles, accouplés, ſitués un de chaque côté ſur la face antérieure de chaque os interépineux: ils s'attachent ſupérieurement & antérieurement à la baſe de chaque rayon de la nageoire. Les deux *abbaiſſeurs fig. 6.* B. ſont plus petits, plus courts: ils ſont placés ſur les côtés de chaque os interépineux, & vont un peu obliquement s'inſérer derriere la baſe de chaque rayon de la nageoire. Le nombre de tous ces muſcles, tant à la nageoire du dos qu'à celle de l'anus, eſt donc quatre fois plus grand que celui des os interépineux, ou des rayons de la nageoire: ils manquent auſſi dans les poiſſons qui n'ont pas ces nageoires.

LI. LES MUSCLES DE LA MEMBRANE BRANCHIALE.

Je n'entreprendrai pas de décrire ici tous les muſcles, que le célebre Duverney a décrit; je m'arrête à celui qui dilate la membrane branchioſtege, & qui eſt le ſeul que j'ai pu obſerver. Il eſt petit, attaché par ſon extrémité antérieure en partie ſous l'angle de la mâchoire inférieure, & en partie aux côtés de l'os hyoïde: il monte un peu obliquement de devant en arriere, pour s'attacher à la membrane branchiale par autant de tendons, qu'elle a de rayons.

Après la deſcription anatomique que nous venons de donner de tous ces muſcles, nous allons rapporter une ſuite d'expériences & d'obſervations qui nous paroiſſent en indiquer les uſages. Nous examinerons d'abord le poiſſon dans l'état de repos, & enſuite dans les différents mouvemens, qu'il exécute pour nager: nous nous ſommes ſervis de petites *Carpes* & de *Barbeaux*.

1. Dum quiescit, pinnas omnes ampliat & in imo vase pectoralibus ventralibusque innitens diducit tantum maxillas, & synchrone movet opercula.

2. In alterutrum latus quasi titubans labitur, si pinnæ dorsi & ani contrahuntur, aut etiam si clauditur pectoralis una: scilicet in latus dextrum inclinatur, si dextra pinna contrahitur, & vice versa.

3. Ab imo sursum ascendit erecto capite, si pinnas pectorales ab alto oblique deorsum movet.

4. Si cauda in unum latus flectitur, corpus in idem latus arcuatur; & in orbem versatur, iterato in idem latus caudæ motu.

5. Accedentibus contra in latus utrumque alternis caudæ flexionibus, motus corporis directus & progressivus enascitur.

6. Hunc motum augere videntur pinnæ pectorales, quæ tunc sese retrorsum agunt; eædem motum contrarium seu retrogradum excitant, si moventur antrorsum.

Ex hac sedulo observata motuum diversitate licet conjicere, pinnas omnes quandoque congeneres esse, & mutuo aliarum vices agere. Probatur id porro multigenis pinnarum amputationibus, quas sequenti modo instituere placuit.

1. Amputatis pinnis dorsi & ani, piscis dextrorsum & sinistrorsum titubavit, & pinnas pectorales, ventrales, caudalemque magis ampliavit, ut forsitan inde compensaretur pinnarum defectus.

2. In latus dextrum delapsus est, cum pinnam pectoralem dextram amputavi.

3. Magis etiam lateraliter deorsum ferebatur, & in idem latus inclinabatur, resectâ pinna ventrali dextra, ac nonnisi in latus sinistrum sese vertere posse visus est: digito enim p r essus&

1. Le poiſſon étant en repos dilate toutes les nageoires & paroit s'appuyer au fond du vaiſſeau ſur ſes nageoires pectorales & ventrales; dans cet état d'inaction, on n'apperçoit ſur lui que le mouvement de la bouche & celui des opercules qui ſont ſynchrones.

2. Si les nageoires du dos & de l'anus ſe contractent, le poiſſon paroit perdre l'équilibre, & panche ſur l'un des deux côtés: la même choſe arrive, s'il plie une des pectorales, & il tombe ſur le côté droit, ſi c'eſt la pectorale droite qui ſe contracte, & ſur le côté gauche, par la contraction de la pectorale gauche.

3. Quand le poiſſon veut s'élever, ou monter, il étend les pectorales, & les meut de haut en bas, & il monte la tête la premiere.

4. S'il fléchit la queue d'un ſeul côté, le corps ſe tourne & décrit une courbe de ce même côté. Il peut pirouetter du même côté en réitérant le même mouvement de la queue.

5. Mais ſi les flexions de la queue ſe font alternativement des deux côtés, le mouvement du poiſſon devient alors progreſſif & direct.

6. Il paroit encore, que dans le mouvement direct les nageoires pectorales ſe meuvent de devant en arriere; car ſi au contraire elles ſe meuvent de derriere en devant, le mouvement devient retrograde.

L'exacte obſervation des mouvemens du poiſſon dans ces différents états nous ſemble démontrer, que ces différentes nageoires ſe ſuppléent mutuellement, & qu'elles deviennent congéneres dans certains cas; c'eſt ce qui paroîtra par les expériences ſuivantes faites ſur divers poiſſons, à qui nous avons coupé différentes nageoires, de la maniere que nous allons rapporter.

Iere *Expérience.* Nous avons coupé la nageoire du dos & celle de l'anus; le poiſſon a un peu vacillé à droit & à gauche; dans cet état, il tâchoit de ſuppléer au manque de ces nageoires, en étendant davantage celles de la poitrine, du ventre & de la queue.

2. Nous lui avons coupé la nageoire pectorale du côté droit, & il a un peu panché de ce côté là.

3. Et il a panché davantage, lorſque nous lui avons enlevé la nageoire ventrale droite: il nous a paru, qu'il ne pouvoit ſe tourner que du côté gauche, car quoique excité & pouſſé avec le doigt, il ne ſe tour-

excitatus ægre admodum in latus dextrum ſeſe revolvit, idque nonniſi maxima caudæ flexione.

4. Reſectis inſuper ex altero latere, pectorali ventralique, ipſe æquilibrari vix potuit.

5. Sed impulſiones & flexiones corporis creberrimas ingeminavit poſt reſectam pinnam caudæ.

6. Sublata tandem cauda ipſamet ad anum uſque, impulſui aquæ obediens, quocumque ferebatur, ſed cernuo capite.

7. In alio ſubjecto pinnas tantum pectorales ad radicem reſecui; æquilibrium non fuit mutatum, ceſſavit tantum motus retrogradus (*a*).

8. Subjectum alterum, cujus pinnæ ventrales avulſæ fuerunt, motus omnes eosdemque exercuit, hoc tantum cum diſcrimine, quod pinnas reliquas frequentius moveret, magiſque diduceret.

9. Æquilibrari potuit piſcis alter quartus, cui pinnam tantum caudalem reſecui; viſus eſt tantum corporis flexionem augere & geminare, ut fieret motus progreſſivus directus.

10. Tandem inſtituta in eodem piſce & a latere ſiniſtro inciſione, & abraſa ab ano ad extremum caudæ lateralis mu-

---

a) *NOTA.* Bis tantum pinnas reſecuit BORELLUS, pectorales ſcilicet in uno, ventrales in altero piſce, nullo ipſorum aſſignato nomine. Neceſſarium tamen plurimum fuiſſet ipſos piſces nominare, in quibus tales inſtituebantur amputationes; pinnæ enim omnes magnitudinem, figuram, ſitum, numerum habent diverſa, relative ad corporis capitisve magnitudinem & formam. Utiliſſimum equidem nobis fuit varias tum in eodem, tum in diverſis ſubjectis reſecare pinnas, dato nomine ſpecierum, quæ nobis in experimenta ceſſerunt; nam a modo, quo natant *Soleæ*, *Pleuronectæ*, ad ipſum, quo natant *Spari*, non valet conſequentia &c. Natationis mechaniſmus & pinnarum munus probe quidem explicantur a varia ipſarum ventralium infra gulam, thoracem, aut ventrem poſitione, nec non ab ipſarum defectu, idque habito reſpectu ad formam corporis, capitis magnitudinem, & modum quo natant varii piſces, denique ad omnia ipſa auxilia & fulcra, quibus indigent ſinguli.

noit que très-difficilement du côté des nageoires coupées, & ce n'étoit que par une grande contraction, ou coup de fouet de la queue.

4. Il a totalement perdu l'équilibre, lorſque nous lui avons coupé les deux autres nageoires pectorales & ventrales.

5. Les flexions du corps ſont devenues bien plus fréquentes & plus grandes, lorſque nous lui avons ôté la nageoire de la queue.

6. Enfin lui ayant coupé la queue elle-même juſqu'à l'anus, il a balancé & ſuivi le mouvement, ou flottement de l'eau la tête en bas.

7. Nous avons coupé à un autre poiſſon les deux pectorales; il n'a point perdu l'équilibre, mais il n'a plus exécuté le mouvement rétrograde (*a*).

8. Un autre, ou troiſieme, auquel nous avons uniquement coupé les deux ventrales, a toujours exercé les mêmes mouvemens qu'auparavant, à la différence près, qu'il mouvoit plus fréquemment, & qu'il étendoit d'avantage les pectorales, & celles du dos, & celles de l'anus.

9. Un quatrieme poiſſon, à qui nous avons coupé ſeulement la nageoire de la queue, n'a pas perdu l'équilibre; mais il a paru qu'il fléchiſſoit plus ſouvent la queue, afin d'avoir le mouvement progreſſif direct.

10. Nous avons coupé à ce même poiſſon le muſcle latéral gauche depuis l'anus juſqu'à l'extrémité de la queue, cette partie ne s'eſt

(*a*) REMARQUE. BORELLI n'a fait que deux amputations, & dans différents ſujets, ſçavoir celle des pectorales dans un, celle des ventrales dans l'autre. Il n'a pas dit non plus quels étoient les poiſſons, ſur leſquels il avoit fait ſes obſervations, ce qui eſt abſolument néceſſaire; car les nageoires ayant une longueur, une ſituation & un nombre relatif à la forme du corps, il eſt abſolument néceſſaire non ſeulement de couper tantôt une nageoire, tantôt une autre & dans divers ſujets, comme nous l'avons fait, mais même d'annoncer le poiſſon, ſur lequel on a fait les amputations: c'eſt-à-dire que l'on ne peut rien conclure de la maniere de nager d'une *Sole* à celle d'une *Dorade*. Et rien n'explique mieux le ſyſteme de la nage, ou l'emploi des nageoires, que la ſituation de celles du ventre tantôt ſous la gueule, ſous la poitrine, dans le ventre, ou qui manquent totalement, le tout relativement à la forme générale du corps, à la groſſeur de la tête, à la maniere de nager, en un mot au beſoin que le poiſſon peut avoir de ces membres.

ſculi maximi parte, vertebris caudalibus appoſita, cauda in latus dextrum flecti tantummodo potuit: inſuper a ſimili in lateris dextri muſculum facta operatione, pars corporis antica a capite ad anum, ob reſiduam muſculorum medietatem anteriorem, flexiones varias exercuit, caudaque ipſas flexiones motusque varios paſſive experta eſt, rapta ſcilicet a motu partis corporis ſupernæ & aquæ fluento.

11. Ipſe deinceps reſectis pinnis reliquis in aqua remanſit ſuſpenſus pronus & ſupinus, ſumma aut ima tenens, ſolo aquarum motu verſatus.

§. VI. ORGANA ET VISCERA PISCIUM.

LII. OCULI.

De Pupilla & Iride vide Corpus externum, X. p. 28.

LENS CRISTALLINA.

Lens criſtallina ut plurimum lenticularis aut ſphærica, in medio oculi ſita, gelatinoſæ indolis, mutatur aquæ ebullientis ope in corpus ſolidum, opacum, album, ſubfarinaceum.

LIII. CEREBRUM.

Minimum eſt in omnibus piſcibus, habito ad caput & corpus reſpectu, griſeum albumve, depreſſum aut compreſſum pro capitis figura; trilobum, lobis æqualibus, anticis duobus conjugatis, poſtico tertio *cerebellum* æmulante. Oblinitur unde-

[redacted]

fléchie que du côté opposé; ensuite nous lui avons coupé le muscle latéral droit, c'est-à-dire dans le côté opposé, & la seule partie antérieure du corps, depuis la tête jusqu'à l'anus, a exécuté les flexions; la queue obéissoit aux différens mouvemens, & flottoit de côté & d'autre.

1. Enfin lui ayant coupé les deux pectorales, les ventrales, celles du dos & de l'anus, il a multiplié les mouvemens & les flexions du corps, de la tête à l'anus, tantôt la tête en haut ou en bas, tantôt renversé sur le côté ou sur le dos, & suivant les mouvemens de l'eau.

§. VI. *LES ORGANES*

ET LES VISCERES DES POISSONS.

LII. LES YEUX.

La Pupille & l'Iris, voyez le Corps externe, X. p. 28.

LE CRISTALLIN.

Le Cristallin est un corps gelatineux, transparent, ordinairement lenticulaire ou sphérique, placé au milieu de l'œil: ce corps jetté dans l'eau bouillante, devient solide, blanc, opaque & comme farineux.

LIII. LE CERVEAU.

Ce viscere est très-petit, relativement à la grosseur de la tête & du corps; tantôt gris, tantôt blanc; comprimé ou applati. Selon la figure de la tête il est divisé en trois lobes égaux, dont deux sont antérieurs, placés à côté l'un de l'autre; le troisieme est placé par derriere & forme le *cervelet*. Le cerveau est entiérement couvert ou enveloppé d'une

quaque muco ſpumoſo, nitidiſſimo, griſeo, ſalivam fingente. Apparent facillime nervi *optici*, *olfactoriique*. *Medulla ſpinalis* canalem a proceſſuum ſpinoſorum concurſu efformatum eo rectius obliquiusve ingreditur, quo ſeries vertebrarum magis minusve deflectit a carina dorſi.

LIV. OESOPHAGUS

A faucibus imis incipiens, ad orificium ſuperius *ventriculi* recto tendit tramite; intus glaber eſt & membranaceus, raro papilloſus: oblinitur mucagine: *Laringe* & *uvula* deſtituitur. Abeſt etiam in piſcibus *Pharynx*.

LV. VENTRICULUS

Membranaceus, frigidus & unicus eſt, longitudinaliter ſitus, non vero tranſverſim, & a latere alterutro quandoque ſaccatus; figura varians, ovatus, cylindricus, globoſus, bilobus in quibusdam, & avium more partim carnoſus, partim membranaceus: inſecta cruſtacea lapillulosque deglutitos mutat.

LVI. VESICA AËREA.

Tab. IV. Fig. 1. G. *Fig. 2.* E.

Folliculus eſt tendinoſus, tunicis pluribus ſeparabilibus conſtans, aëre refertus, ope cujus fiunt æquilibres piſces fere ſinguli. Situs utplurimum longitudinaliter, incluſus *peritonæo*, ventriculo vertebrisque abdominalibus interjacet: pro varia abdominis capacitate brevior longiorve habita ratione molis corporeæ: cylindricus, ellipticus, ovatus, aut obverſe ovatus, bilobus & bilocularis, trilobus & trilocularis &c. in maribus ad uſque *veſicæ urinariæ* fundum ſæpius deſcendit. Hiat aut ab

eſpece d'écume brillante, griſâtre, reſſemblante à de la ſalive. On découvre facilement les nerfs *optiques* & les *olfactifs*. La *moëlle allongée* épiniere, deſcend plus ou moins obliquement dans le canal vertébral, ſuivant que cette colonne eſt plus ou moins rapprochée de la carene du dos, ou enfoncée dans l'épaiſſeur du corps.

LIV. L'ÉSOPHAGE.

Il commence au fond du goſier, & deſcend en droite ligne juſqu'à l'orifice ſupérieur de l'eſtomac; il eſt membraneux, liſſe, rarement mammelu, & enduit d'une mucoſité. On n'y découvre ni la *Luette*, ni le *Laryngs*. Les poiſſons ſont auſſi dépourvus de *Pharynx*.

LV. LE VENTRICULE ou ESTOMAC.

Les poiſſons n'ont qu'un eſtomac; c'eſt un ſac membraneux qui n'eſt doué d'aucun degré de chaleur: il eſt ſitué longitudinalement, & non en travers, & augmenté d'une appendice latérale en forme de corne; ſa figure varie beaucoup: il eſt ové, cylindrique, ſphérique, ou à deux lobes, dans certains poiſſons, & ſemblable au géſier des oiſeaux, en partie charnu, en partie membraneux; il digere les inſectes cruſtacées & les petites pierres, que l'animal a avalé.

LVI LA VÉSICULE AÉRIENNE.

Pl. IV. Fig. 1. G. *Fig. 2.* E.

La Véſicule aérienne eſt un ſac membraneux, composé de deux ou trois enveloppes, qui ſe ſéparent facilement, & rempli d'air à la faveur duquel les poiſſons ſe ſoutiennent dans l'eau. Il eſt pour l'ordinaire ſitué en long, enfermé dans le *péritoine*, placé entre les *vertebres* & l'*eſtomac*. Sa longueur dépend de la capacité du bas ventre, & de lagrandeur du poiſſon: il eſt tantôt cylindrique, elliptique, ové, ou renverſé, tantôt à deux lobes & à deux loges, tantôt à trois lobes & à trois loges &c., dans les mâles il deſcend preſque juſqu'à la région de la veſſie urinaire. Cette véſicule eſt attachée avec l'eſtomac, ou avec l'éſophage, ſous le diaphragme, tantôt par le côté, tantôt par la pointe

ab apice aut ab alterutro latere & ſub diaphragmate, in ventriculi cavum, aut etiam in aliquam œſophagi partem, mediante *ductu pneumatico*. Muſculos huic dicatos ſphinctères, nulla arte detegere potuimus.

Tali folliculo carent *Pleuronectæ*; quibus autem iſte aut evellitur aut diſcinditur, piſces ii fundum petunt.

Aëris intus contenti naturam & ipſius veſicæ uſum inquirere tentarunt plurimi. Utrum aër incluſus a venis arteriisque abſorptus ſanguini communicetur, aut utrum a ſanguine ſeparetur, dubioſe poſuit NEEDHAMUS; (a) aërem in folliculo excerni credit & in ventriculum faceſſere, ut fermentationem & ciborum coctionem promoveat. Veſicam hancce ad natatum neceſſariam Idem exiſtimat; cui aſſentiuntur omnes.

Varia a Cl. DUVERNEY inſtituta experimenta in machina Boyliana, & in *Actis Acad. Paris 1701.* deſcripta, nunc in editione *omnium* Auctoris *Operum*, Tom. II. pag. 564. repetita, nos quoque tentavimus. Obſervavimus equidem quod plurimis emboli motibus, totus habitus corporis quaſi margaritis adſpergebatur, ſeu bullis aëreis, quæ circa ſquamarum marginem retinebantur; dein quod eo frequentiores erant maxillarum motus & *operculorum* pulſatio, quo crebrius intrudebatur ac extrahebatur embolus: quod etiam tunc ad aquæ ſuperiora frequentius aſcendebat piſcis, aërem hauſurus liberiorem: eodemque tempore venter admodum intumuit: iteratis tandem emboli aſcenſu & deſcenſu, aëreæ bullæ omnino ſubitoque evanuerunt: detumuit abdomen, & piſcis aquæ fundum petiit, ubi periit quaſi convulſus.

Piſcis e machina pneumatica extracti & exenterati *veſica aërea* depleta erat; non autem diſrupta, nam ab aëre per calamum vitreum inſufflato rurſus intumuit.

(a) VALENTINI Amph. Zoolog.

[redacted]

& s'y abbouche par un conduit pneumatique. Nous n'avons pu découvrir aucun muſcle propre à dilater ou à reſſerrer cette véſicule.

Les *Soles* n'ont point de véſicule aérienne; & les poiſſons, auxquels on l'arrache, ou auxquels on la creve, vont au fond de l'eau.

On a beaucoup raiſonné ſur la nature de l'air, qui eſt contenu dans cette véſicule. NEEDHAM a mis en doute, ſi cet air étoit repris par les arteres & par les veines, ou s'il étoit ſéparé du ſang qui arroſe le tiſſu de cette véſicule (*a*): il a même cru qu'il étoit abſolument néceſſaire pour la digeſtion & qu'il augmentoit la fermentation & la coction des aliments dans l'eſtomac. Du reſte il penſoit comme tous les Naturaliſtes, que cette véſicule eſt néceſſaire pour nager.

Quant aux expériences faites avec la machine du vuide, & rapportées par le célebre DUVERNEY, *Mem. de l'Acad. roy. Paris 1701.* inſéré maintenant dans l'édition de toutes ſes *Oeuvres anatomiques*, Tom. II. p. 564. Nous avons obſervé comme lui, 1o. qu'après pluſieurs coups de piſton, le corps du poiſſon a été tout couvert de petites bulles, qui ſortoient d'entre les écailles, & ſe ramaſſoient ſur leur bord. 2o. que plus on répétoit les coups de piſton, plus le mouvement de la bouche & celui des opercules étoient fréquents. 3o. que pour lors le poiſſon venoit à la ſurface de l'eau pour y reſpirer plus librement, & que ſon ventre s'étoit beaucoup enflé; enfin ayant pompé avec force, les bulles d'air ont toutes diſparu: le ventre s'eſt tout-à-coup déſenflé, & l'animal eſt allé à fond, où il a expiré après pluſieurs mouvemens convulſifs.

Ayant tiré le poiſſon de deſſous le recipient, & l'ayant ouvert, nous avons trouvé la véſicule aérienne déſemplie, mais non pas crevée; car l'ayant ſoufflée avec un tuyau de verre, elle s'enfla comme dans l'état naturel.

(*a*) VALENTIN hiſt. des animaux.

Vigente hyeme 1766, aqua vaſis, in qua *Cyprinos chinenſes* colo, per noctem congelata, obſervabam, quod ipſi ad aquæ ſuperficiem, infra glaciem, aſcendebant. Horum unus ita macie dein confectus fuit, ut oſſa enumerari poſſent, periitque poſt menſes quatuor. Per id tempus in fundo repebat, & ad aquæ ſuperiora rarius, idque nonniſi maximo conatu ſeſe attollebat, cito peſſum iturus.

LVII. INTESTINA.

Hæc, quæ in homine tranſverſim involuta & varie intorta ſunt, in piſcibus ſitu ut plurimum longitudinali, bis aut quater abdominis longitudinem excurrunt. Inteſtinum ſuperius appendicibus cavis, ſeu *inteſtinulis cæcis*, prope exortum *pylori* inſtruitur innumeris, 1-100, ad ciborum digeſtionem perficiendam neceſſariis. Inferius, ſeu *rectum*, *Tab. IV. fig.* 1. D, *veſicæ urinariæ* ſubjectum, ad *anum*, *Tab. IV. fig.* 1. B, recta tendit proprio donatum *ſphynctere*. Intus quandoque ſimplex, in aliis valvuloſum, membrana ſcilicet interna in ſpiram acta, ut in *Squalis*.

LVIII. HEPAR.

Sæpiſſime flavicans, dextram, ſiniſtram aut anticam abdominis partem indiſcriminatim tenet, & ipſius partim aut omnino cavum aſſequitur, inteſtinis ventriculoque ſubjacens. Simplex in quibuſdam piſcibus, bilobum trilobumve in quamplurimis.

LIX VESICA FELLIS.

Hæc in omnibus adeſt, ovata aut oblonga; hepatis interiori ſuperficiei dextroque lobo annexa, ductu cyſtico longiori diſtinguitur; ductum etiam offert *choledochum*, qui in *pylorum* aut inteſtinum ſibi viam patefacit.

Pendant les fortes gelées de 1766, l'eau du baſſin, dans lequel j'éleve des *Poiſſons dorés de la Chine*, s'étant gelée, ces petits animaux venoient ſouvent à la ſurface de l'eau ſous la glace. Un d'entre eux tomba dans une telle langueur, & maigrit ſi fort qu'on lui voyoit les côtes à travers les écailles: il mourut quatre mois après. Pendant ſa maladie il reſta au fond de l'eau, & il ne montoit à la ſurface qu'avec de très-grandes agitations pour retomber bientôt après à fond.

LVII. LES INTESTINS.

Le paquet inteſtinal, qui dans l'homme eſt placé en travers & eſt différemment entortillé, eſt ſitué en long dans les poiſſons. Le premier eſt ordinairement garni de pluſieurs appendices, comme d'autant de petits inteſtins *cæcum*, placées d'abord après l'orifice inférieur de l'eſtomac, & qui varient infiniment par leur nombre. Quelques poiſſons n'en ont qu'un, d'autres en ont plus de cent; & ces appendices paroiſſent néceſſaires pour donner au chyle la derniere élaboration. Le dernier de tous les inteſtins, ou le *rectum*, *Pl. IV. fig. 1.* D, eſt placé ſous la veſſie urinaire, & va droit à l'anus, *Pl. IV. fig. 1.* B: il a ſon muſcle *ſphincter*. Sa cavité eſt quelquefois garnie de ſoupapes, ou ſa tunique intérieure eſt pliſſée en volute, comme dans les *Chiens de mer*.

LVIII. LE FOIE.

Ce viſcere eſt ordinairement jaunâtre, ſitué indifféremment au côté droit, au côté gauche, ou ſur le devant du ventre, dont il remplit les deux tiers de la cavité. Il eſt placé ſous les inteſtins & ſous l'eſtomac; tantôt ſimple, tantôt diviſé en deux, trois, ou pluſieurs lobes.

LIX. LA VÉSICULE DU FIEL.

Tous les poiſſons ont cette véſicule. Elle eſt ovée ou oblongue, ſituée ſous le côté droit du foie, elle communique avec l'eſtomac ou avec les inteſtins par un conduit cyſtique & par un conduit coledoque.

LX. SPLEN.

A ſiniſtro latere ventriculo ſubjacet; aut etiam antice vergit. *Hepate* multo minus, planiuſculum, coloratum, oblongum, rariſſime lobatum.

LXI. VESICA URINARIA.

Tab. IV. Fig. 2. D.

Hæc utplurimum ovata, non communi foramine in inteſtinum & anum hiat, ut putarunt Ichthyographi plurimi (*), ſed peculiari foramine poſt anum juxta caudam, anum inter & pinnam cognominem, *Tab. IV. fig.* 2. C. Inteſtino *recto* ſuperincumbit, mediantibus faſciculis adipoſis organiſque, de quibus infra.

LXII. RENES.

Tab. IV. Fig. 3. E. E.

Hi plani, ſæpius rubri, ſuperne latiores, ſenſim ad *ureteres* attenuati, integram fere abdominis longitudinem adæquant; vertebris ſubjecti & appreſſi, peritonæo incumbentes, ſibi invicem appoſiti & parallelo ſitu ad extremum abdomen tendunt & ad uſque veſicæ urinariæ fundum, quem ſimul coalitis ureteribus penetrant.

His carere piſces ſingulos putaverunt SCHELHAMMERUS, NEEDHAM aliique.

LXIII. ORGANA GENITALIA.

Tab. IV. Fig. 1. E. E. *Fig.* 2. C. C. *Fig.* 3. B. B.

Latuit diu organorum in piſcibus genitalium exiſtentia; latet etiam partim illorum ſtructura, piſciumque coïtus. Piſces enim

(*) VALENTINI, NEEDHAM, *Theat.* tab. LXVIII. fig. 2.

LX. LA RATE.

Elle eſt placée ſous le côté gauche de l'eſtomac, & quelquefois un peu en avant. Elle eſt applatie, oblongue, colorée, rarement diviſée en pluſieurs lobes, & beaucoup plus petite que le foie.

LXI. LA VESSIE URINAIRE.
Pl. IV. Fig. 2. D.

On la trouve dans tous les poiſſons. Elle eſt ordinairement ovée, & ne communique pas avec l'inteſtin *rectum*, comme l'ont cru pluſieurs Naturaliſtes (*); mais elle a un aboutiſſant particulier ſous la queue *Pl. IV. fig.* 2. C, après le trou de l'anus: & avant la nageoire qui porte ce nom. Elle eſt placée ſur l'inteſtin *rectum* & en eſt ſéparée par deux corps graiſſeux & deux organes, dont nous parlerons ailleurs.

LXII. LES REINS.
Pl. IV. Fig. 3. E. E.

Les Reins ſont deux corps applatis, rougeâtres, larges en haut, retrécis par le bas, leur longueur eſt preſque égale à celle du ventre. Ils ſont attachés aux vertebres, ſéparés de la cavité du ventre par le péritoine, collés l'un à l'autre. Ils deſcendent juſqu'à la région de la veſſie urinaire Dans cet endroit leurs uretres ſe confondent & s'inſerent dans la veſſie urinaire.

Needham & pluſieurs autres ont annoncé, que les poiſſons n'avoient pas de reins.

LXIII. LES ORGANES DE LA GÉNÉRATION.
Pl. IV. Fig. 1. E. E. *Fig. 2.* C. C. *Fig. 3.* B. B.

On a long-tems ignoré, ſi les poiſſons avoient des parties propres à la génération. On a encore beaucoup à deſirer ſur cette matiere;

(*) Valentin, Needham, *Theat.* plan. LXVIII. fig. 2.

non eodem anni tempore omnes coëunt, & falluntur forſan Ichthyologi ipſimet tum qui putant feminas maris liquorem ſpermaticum vorare, tum qui exiſtimant mares feminea ova ſpermate proprio irrorare. An etiam mares *pene* intrent feminas *, avtoptis, ſi poſſint, obſervandum relinquo, qui fluviorum aut maris littora luſtrare ſæpius valent. Ipſa interim deſcribam quæ cultro & injectionibus anatomicis detexi.

LXIV. ORGANA MARIS.

TAB. IV. FIG. 1. E. E.

Infra abdomen pone anum occurrit, ut jam dixi, foramen aliud *Tab. IV. g. 1.* C, quod *urethram* non immerito appellare juvat. Ab aëre per ipſum inſufflato intumuere loca abdomini vicina, a latere inteſtini *recti* ad uſque mediam abdominis longitudinem. Ex hac intumeſcentia autumans me partes quasdam detecturum fore, injeci ope ſyringæ liquorem infuſorium, qui aëris jam inſufflati ſedem occupavit; in coagulum mutata injectione, ac gemina inſtituta inciſione longitudinali ad latera abdominis, ſequentia, quæ in figuris exhibentur *Tab. IV.* obtinui.

Primum ſeſe prodiit inteſtinum *rectum Tab. IV. fig. 1.* D. ad foramen ani *fig. 4.* B. tendens. Ad latus inteſtini duo adſunt corpora oblonga, *fig. 4.* E. E, rubri coloris, carnoſa, parallela, ſed remota; 1°. a *ſe invicem*, ſeu lateraliter, mediante veſicula aërea, *fig. 1.* G; 2°. antrorſum a *recto* inteſtino, mediantibus faſciculis duobus adipoſis planiuſculis ſolidis; 3°. & retro a *peritonæo renibus*que, mediantibus aliis faſciculis adipoſis ſimilibus, *fig. 1.* F. F. Secundo, detracto deinceps inteſtino

(*) *Vide infra* LXIV. *notam.*

tant ſur la ſtructure de leurs organes, que ſur leur accouplement. Ils ne frayent pas tous dans la même ſaiſon; & les Naturaliſtes, qui penſent que la femelle avale le fraie ou ſperme du mâle, ne ſont peut-être pas plus fondés que ceux, qui croient que le mâle couvre de ſon ſperme les œufs, que la femelle a déjà répandus dans l'eau. Peut-être s'accouplent-ils (*) C'eſt ce que doivent vérifier ceux qui ſont à portée d'obſerver dans les ports de mer, ou près des rivieres. Nous allons décrire ce que nous avons découvert ſur ces animanx à la faveur de nos injections anatomiques & du ſcalpel.

LXIV. LES ORGANES DU MALE.

PL. IV. FIG. 1. E. E.

Nous avons dit, en parlant de la veſſie urinaire, que l'on voyoit, ſous le ventre & à une ou deux lignes de diſtance de l'anus, un trou particulier, *Pl. IV. fig. 1.* C. que nous pourrions appeller *urethre.* Nous ſoufflâmes par ce trou; l'air enfla les parties latérales du ventre, dans un ſens différent de celui de la ſituation de l'inteſtin *rectum*, & cette intumeſcence monta vers la région moyenne du ventre: ce qui nous fit ſoupçonner, qu'à la faveur de l'injection nous pourrions découvrir les organes de la génération d'un ſexe quelconque. Nous injectâmes donc par ce trou, & l'injection ſuivit la même route, que l'air, que nous y avions ſoufflé auparavant. Lorſque l'injection fut coagulée, nous ouvrimes la cavité du ventre par deux inciſions paralleles, longitudinales, & nous trouvâmes ce qui eſt gravé dans la *Planche IV.*

Le premier corps, qui ſe préſenta, fut le paquet inteſtinal, & le *rectum*, *Pl. IV. fig. 1.* D, qui va aboutir à ſon trou particulier, *fig. 4.* B. A côté de l'inteſtin *rectum* ſont deux corps cylindriques E. E, rougeâtres, longs, charnus, paralleles, ſéparés l'un de l'autre, 1o. latéralement par la véſicule aérienne, *fig. 1.* G; 2o. antérieurement du *rectum*, par deux maſſes graiſſeuſes, plates, aſſez ſolides; 3o. par derriere, ils ſont ſoutenus par deux autres paquets graiſſeux, *fig. 1.* F. F, qui empêchent leur contact avec le *péritoine* & avec les *reins*. Nous ſéparâmes l'inteſtin d'avec ces paquets graiſſeux, & l'ayant couché

(*) *Voyez ci-après* LXIV. *la note.*

ſtino *recto* reverſoque a latere, *fig*, 2. B, in conſpectum venerunt ipſorum organorum baſis & pone ipſam *veſicæ urinariæ* fundus, *fig*. 2. D. His diſſectis inſuper a parte poſtica, femoris tum a *peritonæo*, tum a *veſica aërea*, tum ab ipſamet *veſica urinaria*, innotuit ipſorum organorum genitalium cum veſica urinaria oſculatio, & modum quo a parte antica peculiari foramine in eandem hiant, obſervare licuit. *Fig*. 3. C. C.

Supra ipſorum anticam faciem, ſeu ſubtus, repit vena major, *fig*. 1. I. I., *fig*. 2. G. G, *fig*. 3. G. G, recto & tramite, ramulis ſuis, diverſimode intertextis, totam ipſorum ſubſtantiam permeat. Vena, quæ a dextro abdominis latere ſita eſt, hepar poſtquam irroravit, ſanguinem ad *ſinum* LXXI revehit, dum congener à latere ſiniſtro ipſum quoque ad eundem ſinum trans lienem defert.

Aperto tandem uno ex ipſis, detractoque injectionis coagulo, prodiit ipſius cavitas, plicata, glandulis referta, papilloſa, animalium ruminantium *reticulum* æmulans (*).

Ex hoc anatomico examine patet, quod organa recenſita & veſica urinaria ſuum habeant ab ano diſtinctum foramen exterius, *Tab. IV. fig*. 1. C, *fig*. 3. D, non ſecus ac in homine. Nil autem ſeſe nobis obtulit veſiculis ſeminalibus analogum; ſi tamen, ut monent plures, inſtante aut accedente coitus tempore, organa hæc liquorem præbent ſpermati ſimilem, non immerito tanquam organa maſculina habenda ſunt, ipſorum præcipue ſpectatis numero, figura & ſitu.

(*) Hæc corpora obſervaverat NEEDHAMUS, *Valent. ampli. Zool. pag.* 106. *art.* V-VI., cui vero uſui deſtinata fuere, quænam ipſorum cum veſica urinaria oſculatio non tradit? imo ex icone LXVIII. patet ipſum putaſſe, organa hæc eundem cum ano habere exitum; quod falſum.

Ipſimet Cl. ARTEDIUS, LINNÆUSque, qui veſiculas ſeminales maribus tribuunt, de his certe loqui voluere. Cur autem, dum hæc tanquam organa maris ſpectarunt, illa potius non dixere *teſtes* quam *veſiculas*? & ipſæmet veſiculæ, glandulæve in parietibus ipſorum ſparſæ, nonne ſecretoria vaſcula dici debent?

[redacted]

fous le côté, *fig.* 2. B, nous découvrimes la bafe de ces deux corps, & derriere eux celle de la *veffie urinaire*, *fig.* 2. D; nous difféquâmes enfuite ces deux corps par derriere, nous les féparâmes de la portion du *péritoine* qui les attachoit, tant à la *veffie aérienne* qu'à la *veffie urinaire*, & nous vîmes, qu'ils alloient s'inférer fur la face antérieure, inférieure de la veffie urinaire, dans laquelle ils s'ouvrent par un trou particulier, *fig.* 3. C. C.

On voit fur la face antérieure, ou inférieure de ces deux organes une groffe veine longitudinale *fig.* 1. I. I, *fig.* 2. G. G., *fig.* 3. G. G, dont les rameaux font fort multipliés & entourent toute leur furface. La veine du côté droit monte & entre dans le foie, d'où elle fort enfuite pour rapporter le fang dans un *finus veineux*, dont nous parlerons après; la veine du côté gauche entre dans la rate, & de là dans le même finus veineux.

Nous fimes enfuite une incifion longitudinale à l'un de ces corps, & ayant tiré l'injection, nous vîmes qu'il étoit cave dans le milieu; fes parois font tous pliffés, mammelus, & froncés comme l'eftomac des animaux ruminants, (*).

On voit par cet expofé anatomique, que ces organes & la veffie urinaire ne s'ouvrent pas dans le rectum, & qu'ils ont, comme dans l'homme, un aboutiffant particulier, *Pl. IV. fig.* 1. C, *fig.* 3. D. Nous n'avons rien pu trouver qui reffemblât à deux véficules féminales; mais fi, comme l'affurent plufieurs Auteurs, ces deux corps donnent dans le tems du fraie une liqueur analogue au fperme, nous devons les regarder comme les organes du mâle, fur-tout fi l'on a égard à leur nombre, à leur figure & à leur fituation.

(*) NEEDHAM avoit bien vu ces deux organes, *Valentin. Zool. pag.* 106. *art.* V-VI. mais il n'a rien dit de la maniere, dont ils s'abbouchent dans la veffie urinaire, ni de leur ufage. Il laiffe même croire, qu'ils s'ouvrent dans l'inteftin *rectum* & dans l'anus; ce qui eft faux.

ARTEDI & le célébre LINNÈ, en parlant des mâles parmi les poiffons, ont dit vaguement qu'ils avoient de véficules féminales. Il paroit que c'eft de ces deux organes qu'ils ont voulu parler; & s'ils les ont regardés comme les organes fecrétoires de la femence du mâle; ne devoient-ils pas leur donner le nom de *tefticules?* & les mammelons qui font contenus dans leur intérieur ne feroient-ils pas autant d'organes fecrétoires de la liqueur féminale?

NOTA. In quibusdam piſcibus, *Gobiis*, *Ophidio*, *Cepola*, *Blenniis*, in prædicti foraminis anteriori margine, eminet tuberculum conicum, dimidiam ſeminis miliacei molem adæquans. Determinent Avtoptæ, an præfata protuberantiuncula ſit utrique ſexui communis, an vero alterutri & cuinam? atque ita utrum ſit penis virilis aut clitoris?

LXIV. OVARIA.

Jam vero in aliis, quos diſſecui piſces, aliud mihi obvium fuit ſexuale organum, in ipſomet abdomine ſitum, magis minusve longum, bilobum trilobumve, hepati non abſimile, albidum aut luteſcens, interdum nigricans, conſtans globulis vel ovis conglomeratis & tenui membrana involutis aut quaſi concatenatis. In aliis piſcibus duo obvia fuere, unum ſcilicet utrinque a lateribus inteſtini *recti*. Hi ovorum faſciculi pone *rectum* inteſtinum deſcendunt, ac organorum maris jam recenſitorum inſtar, pari paſſu in infima & antica parte baſeos veſicæ urinariæ hiant. Quod autem in ipſis cicatriculam microſcopii ope detegere non datum fuit, cauſa ſane ex eo repetenda, quod ſuum forſan vix aſſecuta erant terminum (*).

LXV. BRANCHIÆ.

Tab. I. Fig. 1. B. B. B. B.

Branchiarum anatomen ex Cl. Duverney Artedioque hic loci mutuabimur, ne legentem ad viros prælaudatos confugere oporteat. *Vide* Duverney *act. Paris 1701. Oeuvres anatomiques, 4. Paris 1761. Tom. II. p. 565.* Artedi *Philos. Ichth. p. 22-23.* qui ſic diſſerit:

(*) Cl. Sloane ſcripſit olim *Societ. reg. Paris.* de modo, quo piſces caſtrandi ſunt; extat etiam methodus altera in *Actis œconomicis.* Has felici ſucceſſu adhibuit Nobil. de la Tour.

REMARQUE. On voit dans quelques poiſſons, comme les *Goujons*, *Donzelles* &c., ſur le bord antérieur de l'urethre, un petit tubercule conique, gros comme la moitié d'un grain de millet; c'eſt aux Obſervateurs à examiner, ſi cette appendice eſt commune aux deux ſexes, ou propre à l'un des deux, & auquel? Si c'eſt une verge du mâle, ou le clitoris?

LXIV. LES OVAIRES.

Dans d'autres poiſſons, que nous avons diſſéqués, au lieu des deux organes, dont nous venons de parler, nous avons trouvé dans la cavité du bas ventre, une maſſe plus ou moins longue, diviſée en 2 ou 3 lobes, à-peu-près reſſemblante au foie blanchâtre, jaunâtre, ou noirâtre compoſée d'une quantité de globules ou œufs attachés enſemble, par un tiſſu tres-mince. Dans d'autres poiſſons, au lieu d'un paquet, nous en avons vu deux, un de chaque côté de l'inteſtin. Ces paquets ainſi compoſés deſcendent derriere l'inteſtin, & s'attachent à la partie antérieure & inférieure du col de la veſſie urinaire, à l'inſtar des organes du mâle. Nous n'avons pas pu découvrir, s'il y avoit une cicatrice ſur les œufs; peut-être n'étoient-ils pas aſſez avancés. (*).

LXV. LES OUIES.

PL. I. FIG. 1. B. B. B. B.

Nous emprunterons ici de DUVERNEY & d'ARTEDI la déſcription anatomique des *Branchies* pour ne pas obliger le lecteur de recourir à leurs ouvrages. *Voyez* DUVERNEY *Mém. de l'Acad. roy. des Sciences 1701.* ou ſes *Oeuvres anatomiques, 4. Paris 1761. Tom. II. p. 565.* Item ARTEDI *Philos. Ichth. p. 22-24.* qui en parle de la maniere ſuivante:

(*) On peut voir dans les *Mémoires de l'Acad roy. des ſciences de Paris*, & dans les *Journaux économiques* les différentes manieres de châtrer les poiſſons que Mr. le Baron DE LA TOURDAIGUES a lui même employé avec beaucoup de ſuccès.

» Conſtat autem ſingula branchia vel ex oſſeo ſemi-circulo, vel
» aliter formato, qui convexa ſui parte plumam ſeu folium
» quaſi continet. Singulum folium iterum ex duplici laminu-
» larum oſſearum ſerie in modum falcis efformatarum com-
» ponitur. Laminulæ autem convexo arcus oſſei lateri anne-
» ctuntur ope membranæ ipſum arcum inveſtientis. Conve-
» xa laminularum pars tota pilis quaſi inſtructa eſt, ad baſim
» longioribus, ad apicem brevioribus: concava autem pars
» multo breviores pilos & quidem ad medietatem tantum
» continuatos obtinet. Connectuntur vero hi pili utrinque
» per membranam ſubtiliſſimam, ſecundum totam longitu-
» dinem, extremitatibus tamen disjunctis. Concava pars cujus-
» libet laminæ partim convexæ laminæ oppoſitæ applicatur,
» omnesque laminæ invicem connectuntur ope membranæ a
» baſi illarum ad medium altitudinis porrectæ, ubi membrana
» craſſior evadens funiculi ſpeciem format, ſupra quem la-
» minis annectitur per lunularum exiguarum extremitates, tot
» quot ſpatia inter eas inveniuntur.

» Reliquum laminæ liberum eſt, & in apicem ſubtiliſſimum ma-
» xime flexilem deſinit. Inveſtiuntur laminæ hæ membrana
» ſubtiliſſima, & ſic recipiendis ramificationibus vaſorum,
» in branchiis inſerviunt. Vaſa vero in cavitatibus cujusque
» arcus ſeu ſemi-circuli oſſei prorepentia ſunt arteria, vena
» & nervus.

Tradit inſuper Cl. DUVERNEY (*) vias, quibus aër branchiarum vaſcula penetrat, quod, utrum verum ſit, Phyſiologis examinandum relinquo.

E re eſſet etiam mechaniſmum tradere, quo aqua foras eliminatur per branchias, & notas, quibus animalium piſciumque pulmones alii ab aliis diſcrepant; verum de his abunde diximus (XI, XII, XIII, XV). In quadrupedibus ſcilicet, pulmo-

(*) Acta Acad. Paris, 1701. pag. 48. Diſſert. pag. 224.

» Chaque Branchie eſt une côte un peu arquée, qui par ſa partie convexe repréſente aſſez bien une plume. Chaque plume, ou feuillet eſt compoſée de deux rangs de franges en forme de faulx. Ces franges ſont attachées enſemble ſur la convexité de la côte par une membrane aſſez épaiſſe, qui revêt toute la côte. Chacune de ces franges eſt elle-même garnie de petits poils ou barbes latérales, dont les inférieurs ſont plus longs que ceux, qui ſont vers ſon extrémité. Les poils qui ſont placés ſur la partie concave de chaque frange ſont plus courts & placés ſur une ſeule file. Tous les poils, dont nous venons de parler, ſont libres par leur extrémité, & attachés enſemble par le bas à la faveur d'une membrane très-mince. Ils ſont placés de maniere, qu'ils ſe recouvrent les uns les autres, c'eſt-à-dire que la convexité de chacun d'eux eſt couverte par la concavité de l'antérieur, & que ſa concavité recouvre la convexité de celui qui ſuit &c. Les franges, ou barbes, qui compoſent le feuillet de chaque ouie, ſont pareillement attachés enſemble par une membrane plus épaiſſe, qui les revêt par moitié, & forme autant de petites brides, ou freins tranſverſales, qu'il y a d'eſpaces entre les feuillets.

» L'extrémité de chaque frange eſt libre & très-déliée. Les vaiſſeaux, qui parcourent & arroſent la ſubſtance des côtes & de leurs franges, ſont une artere, une veine, un nerf, qui ſont enveloppés dans une membrane très-fine.

Nous laiſſons aux Phyſiologiſtes le ſoin de vérifier, ſi réellement, comme l'annonce DUVERNEY, l'air, qui va aux branchies, ſe communique au ſang (*).

Ce ſeroit ici le lieu d'expliquer le méchaniſme, par lequel l'eau eſt rejettée par les ouies, & la différence, qu'il y a entre les poulmons des quadrupedes & ceux des poiſſons; mais nous en avons parlé ſuffiſamment ailleurs (XI, XII, XIII, XV). Dans les quadrupedes les

(*) Mémoires de l'Acad. roy. des ſciences de Paris 1701. hiſt. pag. 48. Mémoires, pag. 224.

nes & cor eadem cavitate continentur, dum in piscibus pulmones extra cavum pectoris siti sunt & a corde remoti.

Unum superest, quod describam, ad respirationem faciens, ossa nempe duo prismatica, unum utrinque, post ultimam branchiam reperiunda. Hæc exacte mespili nucleum referunt. Superficies ipsorum una, interna, plana est & cavum pectoris respicit: altera, exterior, etiam plana, margini clavicularum parallela est: tertia tandem superficies, seu latus, convexa est, angustior, & arcui clavicula um adaptatur. Hæc duo ossa clavicularum internarum instar superne capiti, inferius sibi invicem annectuntur, & antica pectoris componunt; mobilia sunt, & antrorsum extrorsumque abducuntur, dum attolluntur opercula; neque hæc ita moveri possunt, quin branchiæ sibi invicem approximentur, & quin integrum repleant spatium branchias inter & claviculas residuum. Qui motus ossium istorum conspicuus est, etiamsi piscis in aqua aut extra aquam observetur.
Huic articulo non ante finem imponam, quam experimentum retulerim respirationis negotium illustrans, & ossium præfatorum usum utcumque determinans.

Ob perpetuum operculorum branchialium motum opinabar, quod ipso cessante aut quovis modo interrupto læderetur ipsius animalis vita. Qua de re ut certior fierem, caput piscis & opercula vinculo alligavi, pisce in aqua detento, in hunc finem, ut coërceretur motus operculorum: statim ab instituta vinctura frequentior observabatur extractilis maxillarum motus, æquilibrium, motusque natatorius ita momento fuere imminuta, donec piscis quasi agonus in latus recubuit: detracta subito fascia, piscis æquilibrium omnesque tum natationis tum operculorum motus pristinos recuperavit.

Repe-

poulmons & le cœur ſont enfermés dans une même cavité : dans les poiſſons au contraire les poulmons ſont placés hors de la poitrine & ſéparés du cœur

Il nous reſte à parler de deux os, qui concourent au méchaniſme de la reſpiration. Ils ſont priſmatiques, placés l'un & l'autre d'abord après la derniere branchie. On ne ſçauroit les mieux comparer qu'à un noyau de neffle. Un de leurs côtés eſt interne, plat & regarde la cavité de la poitrine : l'autre eſt extérieur, plat & parallele au bord externe des clavicules : enfin leur troiſieme côté eſt convexe, plus étroit que les autres, & correſpond à l'arcade de chaque clavicule. Ces os forment deux eſpeces de petites clavicules internes; ils ſont attachés ſupérieurement à la tête; ils s'uniſſent enſemble par leurs extrémités inférieures, & forment la partie antérieure de la poitrine. Ils ſont ſuſceptibles de mouvement, & s'avancent de derriere en devant, & de dedans en dehors, dans le temps que les opercules s'élevent, de maniere qu'ils appliquent les branchies les unes contre les autres, & qu'ils rempliſſent en partie l'eſpace, qui eſt entre les ouies & les clavicules. On voit facilement le mouvement de ces os, ſoit qu'on examine le poiſſon dans l'eau, ou hors de l'eau.

Avant de paſſer à un autre article, nous rapporterons une expérience qui explique le méchaniſme de la reſpiration, & qui démontre l'uſage de ces os.

Le mouvement perpétuel & alternatif des opercules des ouies nous fit ſoupçonner, que, ſi on venoit à l'interrompre, de quelque maniere que ce fût, la vie du poiſſon pouvoit en être conſidérablement altérée. Pour cet effet nous entourâmes ſa tête avec un ruban, de maniere qu'il empêchat le mouvement des opercules; (cette opération fut faite ſans tirer le poiſſon de l'eau); nous obſervâmes dès lors que le poiſſon ouvroit plus fréquemment la bouche, qu'il perdoit peu-à-peu l'équilibre & le mouvement, & qu'enfin ſe renverſant entiérement ſur le côté il paroiſſoit prêt à expirer. Tous ces accidents ſurvinrent dans l'eſpace d'une minute : nous ôtâmes enſuite promptement la ligature; le poiſſon reprit peu-à-peu ſes mouvemens, ſon équilibre, & parut auſſi gai qu'auparavant,

Repetito tentamine, & laxiori instituta operculorum ligatura, debilis motus ipsorum superstes maxillæque extractio frequentiores fuere.

His ergo pensitatis non immerito conjicimus, continuas operculorum elevationem & subsidentiam analogas esse motibus ampliationis & constrictionis pectoris animalium, quæ pulmonibus in aëre libero respirant.

LXVI. PECTUS

Non est biloculare, ut in quadrupedibus; minimum est ipsius cavum, irregulare & quasi triangulare; quod patet attendenti ad unionem clavicularum, vertebrarum, scapularum, & sterni. Antice a branchiis distinguitur, clauditurque ossium jam memoratorum concursu; superne etiam œsophago; postice ope diaphragmatis. In hoc latent *cor* & quæ ad ipsum pertinent.

LXVII. DIAPHRAGMA

Partim tendineum, partim carneum; superne ad nucham vertebrasque primarias inseritur; œsophago perforatur, & obliquo tramite infra scapulas sternumque descendens, ipsis, atque supero clavicularum margini annexum, postice thoracem claudit.

LXVIII. PERICARDIUM

Aperto jam thorace occurrit *Pericardium*. Est autem sacculus tenuior, coloratus, cor includens, ipsoque duplo triplove capacior: partim liber est, partim adhæret sterno, claviculis, vertebris, partibusque circumpositis, & aquæ quandam copiam continet: statim occurrit cum *diaphragmate*, *corde*, & cavitate

En réitérant cette expérience nous ferrâmes beaucoup moins les opercules, enforte que leur mouvement fubfiftoit en partie; alors il devint plus fréquent; nous vîmes redoubler auffi le mouvement de la bouche.

De cette expérience bien confidérée ne peut-on pas conclure, que le battement des opercules eft analogue à la dilatation & à l'affaiffement ou conftriction de la poitrine des animaux qui refpirent dans l'air libre?

LXVI. LA POITRINE.

Cette cavité n'eft pas divifée en deux, comme dans les quadrupedes; elle eft très-petite, d'une forme irréguliere & prefque triangulaire: on n'a qu'à fe rappeller, qu'elle eft la réunion des clavicules, des vertebres, des omoplates, & du fternum. Antérieurement elle eft féparée des ouies & fermée par les deux os, dont nous venons de parler; fupérieurement par l'éfophage; poftérieurement par le diaphragme. Les parties, qu'elle contient, font le *cœur* & fes parties acceffoires.

LXVII. LE DIAPHRAGME.

Le *Diaphragme* eft une cloifon en partie charnue, en partie tendineufe, qui eft attachée fupérieurement vers la nuque & aux premieres vertebres: elle eft percée par l'éfophage, & defcend obliquement de derriere en devant, en s'attachant tout le long du bord fupérieur des clavicules, fous les omoplates & fous le fternum: elle forme la face poftérieure de la cavité de la poitrine.

LXVIII. LE PERICARDE.

Quand on a ouvert le diaphragme, on voit une toile mince plus ou moins colorée, appellée *Pericarde*. C'eft un petit fac qui enferme le cœur, & qui en égale deux ou trois fois le volume: il eft en partie libre, en partie adhérent à toutes les parties voifines, comme aux premieres vertebres, aux clavicules, au fternum, & contient une liqueur qui lui eft propre. On n'a qu'à faire une incifion entre les deux

thoracis, si instituatur incisio pinnas inter pectorales supra *sternum.*

LXIX. COR. *Tab. IV. Fig.* 4. A.

Sterno superincumbit; & latet inter apices *clavicularum* inferos, infraque *branchiarum* par ultimum, mediantibus ossibus jam descriptis LXV. Variat sæpius; semi-circulare; compressum, in *Cyprinis*; prismaticum seu pyramidale in *Mugile*; tetraëdrum in *Scombris*. Neque situm transversum obtinet, ut refert ARTEDIUS, sed longitudinalem, ut in homine; & in eo discrepat, quod ipsius mucro caput piscis respicit.

Uniloculare est, & intus rugis auctum, seu quasi loculamentis refertum: ab orificio superiore & anteriore cum *aorta*, & ab orificio laterali cum *auricula* commercium habet.

LXX. AURICULA.
Tab. IV. Fig. 4. B.

Sic vocatur sacculus musculosus, cordi concolor, tenuiorque, cordis lateri sinistro adnatus. Hujus cavitas cordis ventriculo multo major est, & duplici instruitur foramine: horum *superius* in cordis ventriculum hiat; *inferius* vero cum sinu venoso LXXI. communicat.

Numerosæ omnino, ut dixit Cl. DUVERNEY, extant fibræ tendineæ, valvulæque, tum in utroque cordis & auriculæ cavo, tum ad insertionem ipsorum mutuam; quæ forsan impetum sanguinis coërcent.

[redacted]

nageoires pectorales, ou ſur le ſternum, ſi l'on veut découvrir tant la cavité de la poitrine, que le *diaphragme* & le *pericarde.*

LXIX. LE COEUR. *Pl. IV. Fig. 4.* A.

Ce viſcere eſt placé preſque ſur le ſternum, entre les deux extrémités de l'arcade des clavicules, & audeſſous des ouies poſtérieures, deſquelles il eſt ſéparé par les deux os que nous avons décrit, LXV. Sa forme n'eſt point conſtante: il eſt applati dans pluſieurs poiſſons, tels que les *Carpes*; triangulaire ou pyramidal dans d'autres, le *Muge*; tetraëdre dans le *Thon*. Sa ſituation n'eſt pas tranſverſe, comme le dit Artedi, mais longitudinale, de même que dans les quadrupedes, & avec cette différence, que la pointe regarde la tête du poiſſon, & ſa baſe eſt dirigée vers le diaphragme.

Le cœur n'a qu'un ventricule ou cavité, dont les parois ſont toutes ridées, & offrent quantité de petites cavités: il eſt ouvert ſupérieurement par un orifice, qui répond à l'*artere aorte*, & latéralement par un autre, qui communique avec l'*oreillette.*

LXX. L'OREILLETTE.
Pl. IV. Fig. 4. B.

L'Oreillette eſt un ſac muſculeux de la même couleur que le cœur, très-mince, ſitué à la partie latérale gauche de ce viſcere. Sa cavité eſt plus conſidérable que celle du ventricule; elle eſt percée par deux trous: l'un ſupérieur, l'autre inférieur: par le trou *ſupérieur* elle communique avec le trou latéral gauche du cœur, & par le trou *inférieur* elle s'abbouche avec un autre ſac ou ſinus, dont nous parlerons plus bas, LXXI.

L'on remarque fort bien, comme l'a très-bien dit Mr. Duverney, à l'embouchure de l'oreillette dans le cœur, tout comme dans l'une & l'autre cavité; une quantité de petites ou cordes ou fibres tendineuſes, & de valvules, qui empêchent vraiſemblablement, que le ſang qu'elle reçoit, ne la diſtende trop.

LXXI. SINUS VENOSUS.

Tab. IV. Fig. 4. L.

In imo thoracis cavo infra auriculam adest receptaculum alterum auricula multo capacius, alioquin simile, transversim, non secus ac diaphragma situm, & foraminibus quatuor pervium: *uno supero*, cum foramine inferiori auriculæ communi; *tribus infernis*, quibus rami venosi totidem *Tab. IV. fig.* 4. K. K. M. excipiuntur. Horum, qui medium tenet *fig.* 4. M. nihil aliud est, quam portio trunci majoris, vena cava inferior, qui vertebris subjacet & sanguinem ab extremo corpore ad *sinum* adsportat. Rami duo laterales *fig.* 4. K. K. sunt quoque extrema supera venarum, in *fig.* 1. E. E. 2, 3. G. G, exhibitarum, quæ ab organis genitalibus reduces, *hepar* & *lien* postquam permearunt, ad *sinum* quoque tendunt.

LXXII. AORTA. *Tab. IV. Fig.* 4. C. D.

Circa generalissimam aortæ divisionem notas quasdam ex eo addimus, quod ipsius divisiones non eodem prorsus se habent modo, ac in tabula Valentina lxxii, & descriptione Artediana exhibentur.

Superiori equidem cordis apici adhæret, conica, *fig.* 4. C, intus columnis seu fibris referta; dein coarctatur D, & 1°. ramum utrinque unum E. subministrat brevem, qui mox in alios duos F. G. scinditur. Inferior F, seu posterior arcuatur retrorsum & branchiam petit posteriorem: alter G. a priori per angulum obliquum recedens, recto tramite in tertiam branchiam transit.

2°. Truncus arteriæ deinde normaliter fere dividitur. Rami H.H. qui secundam, & rami I. I. qui primam seu superiorem branchiam attingunt, per paria & æquali spatio distant a se invicem: sed rami summi I. I. incurvantur modo diverso ac

LXXI. LE SINUS VEINEUX.
Pl. IV. Fig. 4. L.

n trouve à la partie inférieure de la moitié de la poitrine & au desſous de l'oreillette, un ſac beaucoup plus grand qu'elle, mais d'une même nature; il eſt placé en travers & dans le même ſens que le diaphragme: ce ſac communique *ſupérieurement* avec l'oreillette par un gros trou, & reçoit *inférieurement* trois gros troncs de veines *Pl. IV. fig.* 4. K. K. M Celui du milieu *Pl. IV. fig.* 4. M, eſt le plus gros, & eſt la continuation d'une veine, qui vient de l'extrémité du corps; cette veine eſt adoſſée à la colonne vertébrale, & faiſant fonction de veine cave, rapporte le ſang dans le ſinus veineux. Les deux rameaux latéraux *Pl. IV. fig.* 4. K. K. ſont la continuation des veines, que nous avons décrit en parlant des organes du mâle *Pl. IV. fig.* 1. I I; & qui après avoir traverſé & parcouru le foie & la rate, ſe dégorgent un de chaque côté dans le ſinus veineux, de la même maniere que la groſſe veine cave du milieu *fig.* 1. E. E. *fig.* 2. & 3. G. G.

LXXII. L'AORTE. *Pl. IV. Fig.* 4. C. D.

ous ajouterons quelques notes au ſujet de la diſtribution générale de cette artere, vu que l'eſtampe LXXII de VALENTIN & la déſcription, qu'en a donné ARTEDI, ne s'accordent pas avec nos obſervations.

tte artere eſt attachée à la pointe du cœur, & repréſente un petit cône *fig.* 4. C. Son intérieur eſt garni de petites colomnes ou cordes: enſuite elle ſe retrécit D, & 1º. donne de chaque côté un tronc latéral E. fort court, qui ſe diviſe d'abord en deux rameaux latéraux F. G. L'inférieur F, ou poſtérieur, décrit une courbe de devant en derriere, & va ſe loger dans la branchie poſtérieure: le ſecond rameau G. s'éloigne du premier par un angle oblique, & va en droite ligne dans la troiſieme branchie, ou la pénultieme.

Le tronc de l'aorte ſe diviſe enſuite d'une maniere plus réguliere. Les rameaux H H. qui vont à la ſeconde des branchies, & les rameaux I. I. qui vont à la premiere, ſont accouplés & éloignés les uns des autres: la derniere paire des rameaux I. I. décrit une courbe à contreſens de celle que décrit le rameau F; chacun de ces rameaux

rami infimi F. Jam vero rami omnes quatuor recenſiti, in ſulco ſupra convexitatem arcus branchialis cujuslibet excavato decurrunt, & coëunt fere juxta cranii baſim, ante pectus in unum truncum *Tab. IV. Fig. 5.* ipſi non abſimilem, e quo originem ſumunt.

Hunc autem truncum *Tab. IV. fig. 5.* A. A. A, ſeu *aortam deſcendentem* primum pariunt rami E. E. F. F. qui e prima & ſecunda branchia venientes, ſimul per paria uniuntur & dein in truncum G. coëunt. Secundo rami C. D. e tertia & ultima branchia etiam recedentes, per paria in truncos B. B. coaleſcunt, qui a parte antica in aortam ſibi viam patefaciunt. Aorta A. plurimas deinceps propagines emittit, quarum major una H. hepar penetrat; dum alia minor I. infra ramum H. enata, oblique ſupra aortam progrediens ad *Lienem* LXXI tendit. Rami vero K. K. K. K. ſanguinem abdominalibus viſceribus ac reliquis corporis partibus diſpertiunt.

Corpus tandem extremum aſſequitur aorta, vertebris ſubjecta, & venæ majoris cavæ *Tab. IV. fig. 4.* M. contermina; ſanguinem per arteriolarum extrema effundit in venulas, quæ ſimili modo coëunt in truncum, qui dicitur vena cava, ut per ipſum ad *ſinum* revehatur ſanguis. Confer LXXI.

NOTA. Narrant DUVERNEY, ARTEDIUSque, ſe vidiſſe truncos majores duos, quorum unus (*a*) ab unione venarum branchialium enatus, aortam conſtituit deſcendentem; alter vero

(*a*) *Tandemque omnes venæ*, ARTEDI Philoſ. Ichth. pag. 25. nº. 62., *ex ſingulis ſemi-circulis oſſeis provenientes, aliæ ſcilicet ſuperius, aliæ inferius, in unum truncum magnum concurrunt, qui truncus ſecundum ſpinam dorſi progrediens & aortæ deſcendentis munere fungens, ſanguinem reliquis corporis partibus diſtribuit.*

d'aorte eſt logé dans un ſillon, qui eſt creuſé ſur la convexité de l'arcade des ouies: ils forment par leur union vers la baſe du crane & avant la poitrine un tronc *Pl. IV. fig. 5.* preſque ſemblable à celui, d'où ils tirent leur origine.

Ce tronc *Pl. IV. fig. 5.* A. A. A. eſt d'abord formé par les rameaux E. E. F. F. de la premiere & de la ſeconde branchie, qui par leur union fourniſſent enſuite le tronc G. Les rameaux de la troiſieme & quatrieme branchie C. C. D. D. ſe réuniſſent par paires en deux troncs latéraux B, qui s'abbouchent avec le tronc principal de l'aorte par ſa partie antérieure. Cette artere fournit enſuite dans ſon trajet pluſieurs rameaux: le rameau H va dans le foie, & eſt plus gros que le rameau I; celuici I prend ſa naiſſance preſque ſous le rameau H; il paſſe ſur le devant de l'aorte, & va dans la rate. Les rameaux K. K. K. K. portent le ſang dans les reins, dans les viſceres abdominaux, & dans le reſte du corps.

L'aorte deſcend enſuite juſqu'à l'extrémité du corps; elle eſt appliquée contre les vertebres, & adoſſée avec la veine cave *Pl. IV. fig.* 4. M: ce ſang, que l'artere a porté dans le ventre & dans les parties inférieures, eſt repris par des rameaux veineux, qui à leur tour ſe réuniſſent & forment un ſeul tronc veineux, ou veine cave, *Pl. IV. fig.* 4. M, dont nous avons parlé.

REMARQUE. Duverney & Artedi, en parlant de la diſtribution des rameaux artériels des ouies, aſſurent qu'ils ont vu deux troncs principaux, dont l'un (*a*) eſt produit par l'union des veines des ouies, qui s'abbouchent par une de leurs extrémités, & forme l'aorte de-

Aa

(*a*) *Ces troncs de veines*, Duverney Mem. de l'Acad. roy. Paris, 1701. pag. 229, *pleins de ſang artériel, ſortant de chaque côté, par leur extrémité, qui regarde la baſe du crane, prennent la conſiſtance & l'épaiſſeur d'arteres, & viennent ſe réunir deux-à-deux de chaque côté & toutes enſemble ne font plus qu'un tronc. Après cela ce tronc, dont toutes les racines étoient veines dans le poulmon, devenant artere par ſa tunique & par ſon office, continue ſon cours le long des vertebres, & diſtribuant le ſang à toutes les parties du corps, fait la fonction d'aorte deſcendante.*

vero (*b*) ab earundem venarum altero extremo coëuntium unione exſurgens, ſanguinem ad ſinum LXXI. adſportat.

1. Nunquam duplex ſeſe nobis obtulit truncus; & ille quem deteximus, non in *ſinum* LXXI. ſed in aortæ deſcendentis truncum mutatur *Tab. IV. fig.* 5. A.

2. Porro veroſimilius eſt, ipſas arterias branchiales *fig.* 4. C. D. E. F. *fig.* 5. C. D. E. F. eodem munere fungi, dum branchias permeant. Vaſa vero venoſa, quibus ſanguis a capite & branchiis redux fit, non innotuerunt. An hæc præbebunt ulterius repetitæ injectiones anatomicæ?

(*b*) *Sciendum autem eſt*, ARTEDI ibidem, pag. 26. n°. 64., *easdem venas* (63) *altera ſua extremitate, qua ſemicirculorum exortum reſpiciunt, exonerari in alium truncum ſuperius aortæ incumbentem, qui in receptaculum* VERNEYI *terminatur.*



ſcendante; & l'autre tronc principal (b) rapporte le ſang des ouies dans le ſinus veineux & eſt formé par les mêmes veines, qui s'uniſſent par l'autre extrémité.


1. Nous n'avons jamais pu découvrir, que de l'union de ces vaiſſeaux il en reſultât deux troncs: & celui que nous avons obſervé, ne va pas dans le ſinus veineux, mais il deſcend tout le long de la colonne vertébrale, & forme l'aorte deſcendante, *Pl. IV. fig. 3.* A. A. A. comme on vient de le voir.

2. Il nous paroit plus ſimple de croire, que les arteres reſtent telles dans tout leur trajet ſur l'arcade des ouies. Quant à ce qui concerne les vaiſſeaux veineux, qui doivent rapporter le ſang de la tête & des branchies, nous confeſſons qu'ils nous ſont inconnus; & c'eſt ce que des recherches & des injections ultérieures pourront peut-être nous procurer.

(b) *Mais ce qui augmente la ſingularité,* DUVERNEY, pag. 230., *eſt que ces mêmes veines des poumons, ſortant de la goutiere des côtes, par leur autre extrémité, qui regarde la gorge, conſervent la tunique & la jonction de veines, en rapportant dans le reſervoir ou ſinus de tout le ſang veinal, une portion du ſang artériel, qu'elles ont reçues des arteres du poumon.*

GENERA PISCIUM.

CLAVIS CLASSIUM.



* *Incompletæ* dicuntur, quæ carent Operculo, aut Membrana branchiostega, a utroque; unde etiam *denudatæ* dici possent.

4 CLEF DES CLASSES.

		Nulles . . .	Ordre premier. *APODES.*
	PREMIERE CLASSE. ACANTHOPTERYGIENS. Les Nageoires du Ventre	fous le Col .	Ordre 2eme. *JUGULAIRES.*
		fous la Poitrine	Ordre 3eme. *THORACIQUES*
s Ouies mplettes.		fous le Ventre	Ordre 4eme. *ABDOMINAUX.*
		Nulles . . .	Ordre premier. *APODES.*
	SECONDE CLASSE. MALACOPTERYGIENS. Les Nageoires du Ventre	fous le Col .	Ordre 2eme. *JUGULAIRES.*
		fous la Poitrine	Ordre 3eme. *THORACHIQUES*
		fous le Ventre	Ordre 4eme. *ABDOMINAUX.*
		Nulles . . .	Ordre premier *APODES.*
s Ouies mplettes *	*TROISIEME CLASSE.* BRANCHIOSTEGES. Les Nageoires du Ventre.	fous le Col .	Ordre 2eme. *JUGULAIRES.*
		fous la Poitrine	Ordre 3eme. *THORACHIQUES*
		fous le Ventre.	Ordre 4eme. *ABDOMINAUX.*

ppellons *incomplettes*, celles qui manquent ou de Membrane branchiale, ou d'Oper-
u de tous les deux; on pourroit aussi les appeller *découvertes*.

CLASSIS PRIMA.

ACANTHOPTERYGII.

Pinnæ nonnullæ Aculeis *aliquot.*

1. **Pinna Dorſi** in antica, media, aut poſtica dorſi regione indiſcriminatim vel etiam per totum dorſum extenſa, *ſolitaria* eſt aut *multiplex*: ſolitaria, *compoſita* ſeu conſtat *aculeis radiis*que; priores cæteris minores, breviores, pauciores pinnæ partem anteriorem conſtituunt: multiplex, anterior ſimplex, *aculeata*; poſteriores *compoſitæ aculeis radiis*que.

Dorſum in his nunquam impenne.

2. **Pinnæ Pectorales** ad latera ſemper; nunquam deſunt; majores aut minores, breviores longioresve, prout expoſtulat major minorve ſuſtinenda moles capitis; raro ſibi invicem approximantur: *radiatæ*; radio primo aut ſecundo in piſcibus quibusdam ſerrato.

3. **Pinnæ Ventrales** binæ ſemper, in aliis ſub gula ante pectorales, aut ſub thorace infra pectorales, vel in abdomine ſitæ ſunt, & *compoſitæ aculeo* uno, & *radiis* ad ſummum quinis. Majores aut minores ſunt, prout exigit forma & moles corporis, nec non ipſarum ſitus proprius.

Deſunt quandoque.

4. **Pinna Ani** unica ſemper & ſemper *compoſita*, dorſali ſæpius ſimilis.

5. Pinna

CLASSE PREMIERE.

ACANTOPTERYGIENS.

Plusieurs Nageoires sont armées d'Aiguillons.

1. La Nageoire du Dos est située indifféremment sur la partie antérieure, moyenne ou postérieure du dos, ou elle en occupe toute la longueur. Elle est *seule* ou *accompagnée*: lorsqu'elle est seule, elle est *composée* d'*aiguillons* & d'osselets non épineux ou *rayons*; les aiguillons sont plus petits, en plus petit nombre, & occupent la partie antérieure de la nageoire, lorsque la nageoire est accompagnée, ou multiple, la premiere est simple, *aiguillonnée*, les autres sont *composées* d'*aiguillons* & de *rayons*.

Dans cette classe les nageoires du dos ne manquent jamais.

2. Les Nageoires de la Poitrine sont toujours situées par côté, & ne manquent jamais. Elles sont plus ou moins grandes; & plus ou moins longues, selon que la grosseur & le poids du corps l'exigent; rarement sont-elles rapprochées l'une de l'autre. Elles sont toujours formées par de *rayons*; dans quelques poissons le premier ou le second d'eux sont faits en scie.

3. Les Nageoires du Ventre sont toujours au nombre de deux, placées tantôt sous la gueule avant les pectorales, ou dans la poitrine sous les pectorales, tantôt dans le bas ventre; elles sont ordinairement *composées* d'un *aiguillon* & de cinq *rayons* au plus. Ces nageoires sont plus ou moins grandes selon la grandeur du corps, & selon que l'exige leur situation.

Quelques poissons n'ont pas ces nageoires.

4. La Nageoire de l'Anus est toujours seule, & toujours composée, ordinairement semblable à celle du dos.

5. Pinna caudæ, *radiata*, major, minor, longior breviorve, ſervata proportione cum forma corporis & cæterarum pinnarum magnitudine.

Quandoque nulla, aut dorſali analique coalita.

6. Pinna, ſeu Membrana, Branchioſtega, unica ſemper, quodammodo *aculeata*, dici poſſet, oſſicula enim ſimplicia ſunt; adeſt in omnibus, operculis partim aut omnino ſubjecta, nunc infra gulam, nunc in latere, aut in utraque parte, prout apertura cognominis hinc & inde hiat.

7. Apertura Branchialis operculis & membrana branchiali ſemper inſtructa, hiat nunc infra gulam, nunc in latere & gula, rarius in latere, rariſſime in nucha.

Hæc nunquam deeſt.

8. Branchiæ, gulam & latus tranſverſim tenent, quaternæ, liberæ, quandoque vix conſpicuæ.

OBSERVATIO. Genera quædam claſſem iſtam, 1. cum *Amphibiis nantibus*, 2. cum Piſcibus *Branchioſtegis* quodammodo ſociant: nimirum 1. *ovis* SILURI, quæ tunica obducuntur, & *embrione incluſo*, ſed os per foramen tunicæ exſerente; 2. *Branchiarum apertura* ad nucham CALLYONIMI, & ad latus tantum, OPHIDIUM.



. La Nageoire de la Queue eſt toujours compoſée de *rayons*, & plus ou moins grande relativement à la forme du corps, & à la grandeur des autres nageoires.

Quelquefois elle eſt collée avec celle de l'anus & avec celle du dos; ou elle manque.

. La Nageoire ou Membrane Branchiale eſt toujours ſeule; on pourroit abſolument la placer parmi celles, qui ſont compoſées d'*aiguillons*, puiſque ſes oſſelets ſont très-ſimples. Elle ne manque jamais; & eſt entiérement, ou en partie, cachée par les opercules, tantôt ſous la gueule; par côté; tantôt dans l'une & l'autre partie, ſuivant que l'ouverture branchiale eſt ouverte d'un côté ou d'autre.

. L'Ouverture des Ouies n'eſt jamais dépourvue de ſon opercule ni de ſa membrane branchiale: elle eſt placée tantôt ſous la gueule, tantôt par côté & ſous la gueule, rarement dans le côté ſeulement, très-rarement à la nuque.

Elle ne manque jamais.

8. Les Ouies, ou Branchies, occupent en partie le côté & la gueule; elles ſont quatre de chaque côté, libres, ou mobiles, & quelquefois très-peu apparentes.

REMARQUE. Des genres de cette claſſe la rendent aſſez analogue 1. à celle des *Amphibies nageants*, 2. & à celle des Poiſſons *Branchioſteges*. 1. par exemple, les SILURES, dont les *œufs* ſont couverts d'une enveloppe percée d'un trou, à travers lequel le fœtus ſort de la tête 2. Les LYRES, dont l'*ouverture branchiale* eſt à la nuque, & les DONZELLES, qui l'ont ſeulement par côté.



CLASSIS SECUNDA.

MALACOPTERYGII.

Pinnæ omnes Radiis *instructæ.*

